

1. Calovius, Abraham, Decanus Collegii Theologici: orationis  
 padege Pauli Hafnigum. -- innot. lat. 1663.  
 1. Kirchmair, Georg, (sup: de Theologia) 1663.
2. Klengelius, Christian: De dominio. 1663.
3. Klengelius, Christianus: Sceletus chronologicus  
 seu methodica compilatio Temporum, quae in  
 Jure Canonico, Civili, Fundali et Saxonicis occur-  
 runt 1663.
4. Klengel, Christian: De contractibus consensuali-  
 bus. 1663.
5. Klengel, Christian: De consiliis Romanorum.  
 1663.
6. Lederer, Michael Friedr: De possessione. 1663.
7. Lederer, Michael Friedr: Jus bestiale. 1663.
8. Lederer, Michael Friedr.: De jure bestiali Vom Recht  
 Der Wilden Thiere. 1663. 1725.
9. Lederer, Michael Friedr: De justitia bellipotentia.  
 1663.
10. Lederer, Michael Friedr: De solidatione defen-  
 sionum imperfectae aetatis. 1663. 2 exempl.
10. Lysen, Wilhelm: De rebus communibus. 1663.




1195

12. Leides, Wilhelm: De apanagio. 1663. 2 ~~part.~~ <sup>part.</sup>
13. Leides, Wilhelm: De ceterationibus. 1663.
14. Leides, Wilhelm: De seruo 1663.
15. Martini, <sup>Werner</sup> Wilhelm Theodor: De sanctitate  
et iustitia legum Romanarum. 1663.
16. Martini, <sup>Werner</sup> Wilhelm Theodor: De iure, quod ratio  
ne feudum dicitur et regally compet. f. 1663. licite
17. Martini, <sup>Werner</sup> Wilhelm Theodor: De feudi alienatione, usque  
ad aliquid reservatione
18. Martini, <sup>Werner</sup> Wilhelm Theodor: De feudi amissione  
et amitti resolutione 1663.
19. Martini, <sup>Werner</sup> Wilhelm Theodor: De personis, quae  
feudum dare vel accipere possunt 1663
20. Martini, <sup>Werner</sup> Wilhelm Theodor: De rebus, quae in feudum dari possunt  
1663.
21. Martini, <sup>Werner</sup> Wilhelm Theodor: De successione  
proximum collateralium et praescrip-  
tione feudi: 1663.
22. Martini, <sup>Werner</sup> Wilhelm Theodor: De actionibus ab feudum  
competentibus, et iudicio feudali. 1663.
23. Martini, <sup>Werner</sup> Wilhelm Theodor: De autoritate iuris  
feudalis feudorum, origine ac defensione  
1663.



- 22 25. Martini, Werner Theod. : De jure Saxonum veteris et  
modernis in genere. 1663.
- 23 24. Martini, Werner Theod. : De variis feudi divisi-  
onibus. 1663.
- 24 25. Martini, Werner Theod. : De successione in feudo  
descendentium. 1663.
- 25 26. Martini, Werner Theod. : De investitura feudi. 1663 -  
25 exempl.
- 26 27. Nerges, Joachim : De jure debitoris, ne egeat. 1663.
27. Wachtler, Jacob : De jure creando iudices. 1663.
28. Ziegler, Karper : De Competenti delinquentium  
iudice et foro. 1663.
- 29 <sup>24</sup> 30. Ziegler, Karper : De notatis contractu. 1663.
31. Ziegler, Karper : De juribus majestatis, quae  
est de jure conferendi dignitates, tum Ecclesi-  
asticas, tum civiles. 1663.
- 32 <sup>24</sup> Ziegler, Karper : De singulari serenissimi electo-  
ris Saxoniae omnimoda. 1663. 2 Bndl. 1663  
et 1679





1663 581  
406

I. N. 7.  
DISSERTATIO JURIDICA,  
De

# CONTRACTI- BUS CONSENSUA- LIBUS,

*Quam*  
*Consensu Magnifici Fctorum ordinis,*  
PRÆSIDE

RECTORE MAGNIFICO,

VIRO  
*Nobilissimo, Consultissimo ac Excellentissimo,*

DN. CHRISTIANO *Engeln*

JCro Amplissimo, Antecessore celeberrimo, Curia Electoralis  
Consistorii Ecclesiastici, Scabinatus & Facultatis Juridicae  
Assessore gravissimo &c.

*DN. Praeceptore ac Promotore suo omni observan-  
tia devenerando.*

defendet

JOHANN: RUDOLPH *Kephun*

AUTOR

*Die 4. Julii.*



WITTEBERGÆ,

Literis MATTHÆI HENCKELII,  
ANNO M. DC. LXIII.



SERENISSIMO, AC CELSISSIMO PRIN-  
CIPi AC DOMINO

DN. JOHANNI,  
PRINCIPI ANHALTINO,  
COMITI ASCANIÆ, DOMINO DE  
ZERBST, BERENBURGK, JHEVERN  
ET KNIEPHAUSEN,

&c. &c.

DOMINO suo clementissimo.

*Hoc Exercitium Academicum*

quàm humillimè

offert

AUTOR

JOHANN. RUDOLPH. REPHUN.



# VESTIBULUM. CONSPECTUS.

- |  |   |
|--|---|
| 1. <i>Contractus commendatione non indigent.</i>   | 6. <i>Negotiationem actum esse indifferentem demonstratur.</i>            |
| 2. <i>Credita rerum communio Poëtarum &amp; caterorum tacitè notatur.</i>                  | 7. <i>Presentis negotii occasio revelatur.</i>                            |
| 3. <i>Συναλλαγμάτων origo paucis indicatur.</i>  | 8. <i>In ipsis rerum argumentis que obtinent addiscenda esse docetur.</i> |
| 4. <i>Eorum utilitas &amp; necessitas ex scriptorum nonnullorum testimoniis adducitur.</i> | 9. <i>Distributio disputationis adumbratur.</i>                           |
| 5. <i>Regum ac Principum privilegia exinde concessa perhibentur.</i>                       | 10. <i>Invocatio Divini Nominis premititur.</i>                           |

**C**ontractuum consensualium materiam pertractaturus, in eorum laudes, ne actum agere, solemque facibus, quod dicitur, juvare videar, pluribus excurrere nolo.

Quem enim quæso latet, commerciorum ac commutationum tum necessitas, tum utilitas & commoditas? Fateor equidem iis temporibus, quibus arbitraria rerum communio inter primos mortales viguit, negotiationis exercitium humano generi usque adeo neque cognitum, neque necessarium fuisse, propter rerum promiscuo quasi usui expositarum copiam & abundantiam:



aded ut cessante causâ impulsivâ, & necessitante, ad illud emendi vendendique remedium confugere isti vivendi studio vix conveniens visum fuerit. At displicitâ postmodum communione, quippe quæ non justitiæ erat, sed facti potius & meræ liberalitatis, uti id egregiè demonstrat *Exc. Dn. Joh. Strauch. in dissert. de Imper. mar. cap. 1.* & actuali dominio per possessionem quæ sita, *l. 1. §. 1. D. de acquir. vel amitt. poss.* gentibusque in universum terrarum orbem dispersis, exorta inter homines naturalis rerum indigentia, comitia quasi illis indixit, & ad introducenda συναλλαγματα, societati humanæ maximè conducibilia author fuit. *Ahasverus Fritsch. de monopol. cap. 1. num. 21.* Et hæc συναλλαγματα jure gentium introducta *l. 5. ff. de 7. & 7.* & à posteritate summo studio propagata, ad singulas deinde nationes transmissa, ab iis tanquam divinum donum in hunc usque diem exulta sunt. Uti enim cum venerabili antiquitate naturam universalis cognationis, ob quam hominem homini insidiari nefas ducitur *l. 3. ff. de 7. & 7.* auctorem crediderunt; ita contrahendi studium humanæ indigentia promum condum judicarunt. Testatur hoc egregiè *Petrus Cuneus lib. 1. de Rep. Hebræor. cap. 4.* ubi in hæc verba erumpit: *Profecto diversas omnino gentes negotiatio ita sociavit, ut quod genitum est usquam, id apud omnes natum esse videatur.* Seneca quoque *lib. 4. de benef. cap. 12.* *Mercatorem instar medici urbibus prodesse scribit: & Baldus cons. 348. vol. 1. mercatorum & Campsorum massam summum bonum esse, gentiumque elementum.* Idem judicarunt alii allegati à *Joh. Marquard. cap. 2. lib. 1. n. 12. & seqq. tract. de jur. Mercatorum & commerc. singulari,* quibus junge *Plinium Nat. Hist. lib. 10. cap. 29 l. 1. §. 20. ff. de exerc. art. l. 44. pr. de usu cap. 1. 2. ff. de nund.* Neque tantum summam rerum inopiam sublevat, sed & potentissimorum Regum & florentissimarum Rerump. amicitias conciliat, ipsasque regiones

nes



nes celeberrimas, simul & potentissimas reddit, nec non ipsam religionem christianam disseminat, *Didac. Saved. in Idea boni Principis Symb. Polit. 68. Marquard. d. l. num. 27. 28. Abasverus Fritsch. de monop. c. 1. n. 26.* Et hoc ipsi mundi Do- 5. mini ac Rectores animadvertentes, indultis & repetitis immunitatibus atque privilegiis conservandis, promovendis, & restaurandis commerciis omni tempore studuerunt, Marcus Zverius Boxhorn. sub explicat. 10. lib. 1. Instit. Polit. pos. 3. & novissimè artic. 9. pacific. Osnabrug. Negotiatio quidem per se virtus non est, neque tamen 6. exinde vitium, sed actum constituit indifferentem can. 10. & 12. dis. 88. Separanda propterea vitia negotiantium à negatione ipsa *Consultiss. Dn. Hahn. in Wesenbec. tit. de contrah. empt. num. 5. Johann. Loccenius de ordinan. Rep. cap. 11. Conradus à Summenhart de contract. quæst. 50. & seqq. Marquard. cit. tract. lib. 1. c. 2. n. 53 54. Johann. Loccen. de Rep. Apum. cap. 6.* Hinc Servilius apud Dionys. Halicarnas. lib. 6. usum contractuum in genere trutinans eorum fidem optimum in vita, contra omnes injurias, remedium & retinendæ concordia commodissimum, judicat. Ex hisce nonnullos ut impræsentiarum explicando delibarem, meumque suo semper modulo merendum ingenium, in cultum hæc- nus, cordatioribus exponerem, præter charissimi Dn. Pa- 7. rentis jussu tum materia nobilitas, tum prudentissimum Aristippi apud Laertium responsum, percontanti, quæ potissimum adolescentibus sint addiscenda? hoc modo communicatum, quæ viris usui futura sunt, adegit. Ad 8. quod proximè accedit Dn. David Mevius, vir suâ laude major, in dedicat. comm. jur. Lubec. quando scribit: Nata & destinata vitæ civili prudentia frustra & præpostere, imò perniciosè colitur, cum ad scholam magis & opinio- nes, quàm ad vitam & praxin hominum naturæ & inge- niis



9. niis congruam aptatur. Totum verò negotium ad quinque  
revocare placuit capita: quorum (1) Emptionis; (2) Lo-  
cationis. (3) Juris Emphileutici. (4) Societatis, & deniq,  
(5) mandati naturam quodammodo exhauriet. Quod  
10. ut feliciter cedat, Trinunius Dei clementiam & omni-  
potentiam supplici voce imploramus, exoramus.

CAPUT I.

De

EMPTIONE.

MEMBRUM I.

De Nominis acceptione &  
definitione, &c.

CONSPECTUS.

- |  |  |
|--|--|
| 1. Ratio ordinis & prolixitatis de-<br>regitur.  | 7. Singula definitionis membra ex-<br>plicanda assumuntur.                               |
| 2. Inscriptio capitis defenditur.  | 8. Omnes contractus videntur Ju-<br>ris Gentium.   |
| 3. Et exemplo stipulationis illustra-<br>tur.  | 9. Quare dicatur contractus em-<br>tionis contractus consensualis.                       |
| 4. Æquivocatio vocabuli emtionis<br>traditur, ejusq; etymologia ad-<br>jungitur.   | 10. Error consensum suspendit.   |
| 5. Sententia, quod nimirum LL.<br>XII. Tab. per emtionem quem-<br>cundq; contractum intullexerint,<br>rejecitur, & contraria appre-<br>henditur. | 11. Estq; multiplex.   |
| 6. Acceptio vocabuli emtionis inse-<br>ritur, & genuina definitio poni-<br>tur.  | 12. Ad emendum nemo regulariter<br>potest cogi.  |
|  | 13. Periculum rei venditæ, & non-<br>dum traditæ interdum statim<br>ad emtorem pertinet. |
|  | 14. Contractus variæ dividuntur.   |
|  | 15. Omnes contractus bonam fidem<br>desiderant.  |

16. Qui-



- 16. *Quinam in specie dicantur bone fidei & stricti juris.*
- 17. *Nominati & innominati qui & quotuplices?*
- 18. *Bilaterales vel non.*
- 19. *Nonnulli ab initio sunt ultro citroque obligatorii, nonnulli ex post facto.*
- 20. *Emtionis contractus ad minimum inter duos subsistit.*

- 21. *Quis dicatur venditor.*
- 22. *Sine merce nulla emtio.*
- 23. *Emtor unde dignoscatur.*
- 24. *Preitium unde dictum.*
- 25. *De ejus quidditate & qualitate differitur.*
- 26. *Emtio sua substantialia exuere non potest.*
- 27. *Sabiniana & Cassiana opinio animi gratia defenditur.*

**I**nsistens institutionum methodo, à præsentis capite exordior, <sup>1.</sup> idque prolixiori negotio tractandum suscipio, quo fundamentis generalioribus hic motis, cætera facilius & brevius percurrere liceat. In inscriptione vero capituli solitarie sum usus vocabulo Emtionis; non ut utrumque contrahentium, ratione acquisitionis, emptorem nuncuparem; quemadmodum Robertus <sup>2.</sup> i. animadv. 8. græcæ derivationi nimio opere insistens perperam sentit: vel etiam emptionem commode pro venditione, ob synonymicum & confusum horum vocabulorum usum, quæ nonnulli ex male intellecta l. 19. ff. d. act. empt. colligunt, stare posse tacite innuerem: sed potius ut sub alterutro eorum verborum totum contractum comprehenderem, non quidem ex vocis significatione, sed rerum ac factorum necessaria conjunctione, & natura relatorum; quorum unum sine altero esse nequit. <sup>3.</sup> *Donellus lib. XIII. Comment. cap. 1. Hilliger Donell. enucleat. p. m. 1055. lit. C. Bachov. vol. 1. disp. 28. ad Trentl. th. 1. lit. 1. Petrus Nicol. Mozzius de emt. col. 1. n. 3. 7. Dn. Franzk. in ff. de contrah. emt. n. 9. 10.* exemplo sit stipulatio, quæ licet solum interrogationem stipulantis complectatur, responsionem tamen & ipsius promissoris unà involvit, idque non proprietate verbi, at maxime propter partium necessariam consequentiam, uti egregie loquitur Arnoldus Vinnius ad pr. Tit. Inst. de verb. obl. n. 1. Antequam autem ad ipsam definitionem deveniam, nonnulla de ipsius vocis emtionis ambiguitate, majoris perspicuitatis gratia, præmittere aggredior, cum aliàs plurimum momenti in illius



lius recta & commoda explicatione situm sit, teste Dn. Hahnio  
4. in Wesemb. de Just. & Jur. n. 14. Etenim nativa & primavâ ori-  
ginatione, ac significatione verbi introspectâ, apparet illud tam  
generale esse, ut ambitu suo omnem alienationem, omnemque  
rerum comparationem, utcunque factam, complectatur. Quo  
respectu non in subidè Etymologia dici potest, quod emere sit  
quasi è tuo meum facere, quod etiam non displicet Donello cit.  
loc. Interim de argumentis ab etymologia petitis adi Dn. Schnei-  
der. ad §. 2. *Instit. de Tutell. n. 7.* præprimis verò *Andr. Alciatum*  
*ad L. 183. de verb. Sig.* ubi de allusione quoque tibi consulat. Mo-  
dò dicta dilucidè confirmat *Sext. Pomp. Festus lib. 1. de verb. signif.*  
*sub lit. E. p. m. 54.* ubi hunc in modum tradit: Emere quod nunc  
est mercari, antiqui accipiebant pro sumere &c. Junge Varro-  
nem lib. 2. *de re rustica cap. 10.* Et ita quoad latinitatis usum 70  
emere sphærâ suâ cœteros quoque contractus involvit. Sed an  
idem de jure XII. Tab. asseri possit, quæstionis est. Affirmativè  
à quamplurimis Jctis respondetur, tum quod in omni aliena-  
tione, vel vera, vel imaginaria venditio, tanquam modus qui-  
dam alienandi firmior intercesserit, *vid. Hilliger ad Donell. lib. 6.*  
*cap. 6. lit. B.* tum, propter expressam *l. 29. §. 1. ff. de statu liber. vers.*  
*quoniam lex XII. Tab. emtionis verbo omnem alienationem comple-*  
*xa videretur, & l. 8. §. 11. ff. quib. mod. pign. vel hypothec. solv.* ubi  
venditionis appellatio legatum quoque includere dicitur. Ve-  
5. rum placet negativa, non obstantibus iis, quæ in contrarium  
adducta sunt. Nam sicut modus non variat rem, ita ex adhibi-  
to illo firmiori modo non sequitur ipsum actum præcedaneum  
revera esse venditionis speciem. *Ad legem 29. §. 1. respondemus,*  
*eam esse introductam & in gratiam defuncti, ne voluntas ejus*  
*depereat, §. fin. Inst. de fidei commiss. libertat. §. 7. de Test. ordinand.*  
*l. 1. C. de SS. Ecclesiis &c.* & in favorem libertatum conservanda-  
rum, *Ulp. in fragm. tit. 2. §. 4. de Stat. lib. l. 23. §. 1. de liberali causa,*  
quarum nomine antiquos legumlatores multa etiam contra  
communes regulas statuisse manifestum, *§. 4. J. de donat. l. 24. §. 10.*  
*ff. de fide commiss. libertat.* Denique *l. 8. quib. mod. pign. solv.* saltem  
intelligenda est de identitate rationis *l. 6. de V. S. quoad effectus*  
nimirum. *vid. latius hæc persequentem Dn. Franzkinm in ff. de*  
*contrah.*



*contrah. emt. à num. 1. usque ad 9. Bachov. vol. 1. disp. 28. th. 1. lit. B.*  
*p. m. 1041. & 1042. Oswald Hilliger cit. loc. pag. 1056. In præsentibus il-* 6.  
*lud strictè usurpamus, prout certum peculiarem, cæterisque*  
*contradistinctum contractum denotat, & definitur: quod sit con-*  
*tractus, consensu initus de re, pro certo pretio tradenda; cujus ver-* 7.  
*ba singula seorsim explicanda. Generis loco stat contractus,*  
*quo nihil aliud intelligimus, quam tractatum seu factum, quod*  
*inter ipsos contrahentes ad creandam obligationem interce-*  
*dit, & sic intelligendus §. 2. l. 7. ff. d. curat. furios. nec contractus*  
*confundendi cum obligationibus, quæ juris sunt, pr. Inst. de obl.*  
*quantumvis non negem, obligationes nonnunquam pro con-*  
*tractibus usurpari per metonymiam effectus pro causa, ut in l. 5.*  
*ff. de Just. & J. non obstat l. 44. ff. de obl. & act. Rittershus. cap. 3.*  
*protheoria tractatus ad l. 23. de R. I. p. m. 8. Omnes autem contra-* 8.  
*ctus cum fermè sint ex jure Gentium §. 2. Inst. de Jur. Nat. Gent. &*  
*Civ. hunc quoque ipsi adscribimus. Et hæc de acceptione voca-*  
*buli, contractus nimirum, quatenus ad præsens propositum fa-*  
*cit, cujus præter à me datam definitionem commodam habet*  
*Dn. Ludov. disp. 11. ad 4. lib. Inst. th. 2. licet Labrous, quæ extat*  
*l. 19. ff. d. V. S. hic optime locum sibi vindicare queat. Sequitur in*  
*definitione quod sit contractus consensu initus, i. e. consensualis, 9.*  
*quoniam ad perfectionem suam, præter consensum, nil quic-*  
*quam desiderat. Cæteri solo consensu, quem secundum respon-*  
*sionem Pedii in l. 1. §. 3. ff. de pactis, l. 1. §. 1. & seqq. de obl. & act.*  
*omnis requirit contractus, contenti non sunt, sed præterea rei*  
*traditione ut plurimum substantiantur, adeò ut respici merea-*  
*tur id in uno quoque contractu, quod in eo eminet. Dn. Franzk,*  
*in ff. de contrah. emt. n. 13. & de rebus creditis n. 5. Hahn. in Wesemb.*  
*de jure jur. n. 7. Rittersh. cit. loc. p. m. 10. Et dum solo nudo con-* 10.  
*sensu constare hunc contractum assero, i. errorem penitus ex-*  
*cludo, consensui è diametro contrarium l. 116. §. fin. de R. 7. l. 57.*  
*de O. & A. Tanta quippe inter hæc est pugna, ut totum nego-*  
*tium per hunc vitietur, sive is sit circa personam qua cum con-*  
*trahimus, l. 2. in fin. pr. de Judiciis, sive circa rem totaliter, l. 9. in*  
*pr. h. t. Partialis autem tum demum hunc enervat contractum, si*  
*torte corporis substantiam d. l. 9. §. 2. & 14. ff. h. aut ejus qualita-*  
*B tem*

- tem; ratione nimirum sexus, attingat l. ii. §. i. h. t. non ratione conditionis, aut cœterarum qualitatum, quarum intuitu contractus non irritatur, sicut nec ob errorem nominis, §. 29. Inst. de Legat. nisi emptor sciente venditore circumscriptus fuerit l. ii. §. 5. de act. emti. Dn. Franzk. in ff. de contrah. emt. n. 64. 65. (2) excludimus coactionem: quia libero omnino
12. consensu contractus hic perfici debet; & nemo ad emendum, vendendumve, sine prævia libera voluntate perducitur l. ii. l. 13. l. 14. C. de contrah. emt. exceptis nonnullis casibus à Dn. Hahnio explicatis ad Wesenb. tit. de contr. emt. n. 5. Ubicunque autem talis consensus, in contractu puro, errore & coactione non vitiatum intervenisse dici potest, ibi statim periculum rei venditæ, sine culpa venditoris deterioratæ, ad emitorem spectat. Quantumvis res nondum tradita sit, l. 8. pr. ff. de peric. & commodo rei vend. rationem vide in l. 10. ff. de R. J. & §. 3. Inst. h. t. Idque obtinet regulariter, sicuti species certa vendita sit; secus si res fungibiles, circa quas distinguitur; utrum per aversionem, id est univertantur uno pretio vendantur Germ. überhaupt / an non; sed sigillatim. In tali casu cessare videtur omnis conditio tacita l. 62. §. 2. ff. de contrah. emt. posteriori non æque, ut non censeatur perfecta venditio, periculum quod concernit priusquam admensæ fuerint l. 35. §. 5. de contrah. emt. l. 2. C. de peric. & commodo rei vendi: Aliàs notatu dignum, quod variæ extent contractuum divisiones, quibus dispescuntur in Civiles & Prætorias, quæ summa dicitur in §. 1. Inst. d. obligat: in reales & consensuales, & c. §. fin. Inst. d. tit. in bona fidei & stricti juris, in certos sive nominatos; & in certos seu innominatos, in *νονοπλεῦργε* & *διπλεῦργε*. Divisionem contractus in bonæ fidei & stricti juris, tanti æstimat Dn. Antonius Faber, decade 9. errore 1. circ. fin. p. m. 270. ut in hæc verba prorumpere non dubitet: Totam Jurisprudentiam perverti necesse est, aut differentiam, quæ olim fuit inter judicia bonæ f. & stricti juris, ad hæc superesse. Hæc ille. Nulli quidem contractui deesse debet bona f. l. 4. C. d. obl. & act. nec tamen propterea omnes bonæ f. appellandi sunt; multo minus concludendum, nonnullos esse malæ fidei; quia, uti dixi, in omnibus bona fides requiritur, l. 2. §. 1. 2. ff. d. precario. Interim contractus bonæ fidei dici-
- 13.
- 14.
- 15.
- 16.

dicitur, qui pinguioris est juris, in quo bona fides largius & exuberanter adest: stricti juris in quibus bona fides exuberanter non adest, sed strictim omnia concluduntur, & ea quæ non expressa regulariter non veniunt. vid. præprimis Dn. Schneidevv. ad §. 28. Inst. d. act. n. 5. usq. ad n. 52. Differentiam autem quandam observavit Dn. Rittersh. cit. loc. p. 12. ex Antonio Massa Galesto inter contractus & actiones seu judicia bonæ f. quem inspice. Contractus enim nominati dicuntur, qui certum nomen, & specialem contrahendi formam habent, ac nominatam præterea 17. producant actionem. Hahn. in ff. d. reb. cred. n. 9. adde Franzk. d. pactis. n. 7. Minime itaque ad solum nomen respiciendum, neque forte etiam ad frequentiore usum, uti existimat ex parte Rittersh. cit. loc. p. m. 11. & ex parte Dn. Vinnius ad §. 2. Inst. d. obl. n. 9. alias & ipsa permutatio contra l. 5. §. 1. esset dicenda contractus nominatus, cum nomen habeat sat perspicuum, ejusque frequentia plus satis constet ex l. 1. ff. d. contrah: emt. Henricus Bocerus in l. 23. d. R. f. cap. 1. p. 40. Hahn. in ff. d. pactis n. 2. Dico itaque ad dignoscendos hosce contractus nominatos summo opere inquirendum esse in nomen, utrum speciale sit, nec aliis commune, nec non in peculiarem contrahendi formam & commoditatem. Horum neutrum cum de permutatione dici queat, manet esse contractum innominatum. Nomen enim ejus generi cum & confusum, conveniens omnibus contractibus respectivis, uti nonnulli loqui malunt. Innominati propterea sunt, qui hisce & similibus destituuntur. Hahn. in ff. d. prescript. verb. & in factum actionibus. n. 1. quorum nonnulli sunt regulares, nonnulli irregulares & quasi anomali. Regulares sunt quatuor (quibus nunc rotus mundus regi jocosè dicitur) do ut des, do ut facias, facio ut des, facio ut facias. Irregulares sunt, contractus æstimatorius, & permutatio. Franzk. in ff. d. æstimat. act. n. 2. ut ut Dn. Hahn. ad Wesenb. de rerum permutat. n. 10. putet do ut des, & permutationis contractum nihil omninò distare ipseque Dn. Franzk. de Prescript. verb. n. 22. p. 637. fateri necesse habet, quod articulus do ut des secundum usum juris nihil aliud sit quàm permutatio in specie sic dicta. Et n. 24. Ex quo quidem solidè inferitur: Permutationem nihil

B 2

aliud



682  
aliud esse, quam contractum do ut des, & ubi consensu prævio  
fit datio, æquè latè patere. Μονόπλευροι seu ab una parte obliga-  
torii, non minus sunt veri contractus, quàm διπλευροι seu bila-  
18. terales, quantumvis contrarium visum fuerit Accursio, Barto-  
lo, aliisque interpretibus veteribus, propter l. 10. & 19. ff. de V. S.  
ex quibus ostendere annuntur, contractus ultro citroque  
(quas voces ad consensum non referimus) obligatorios, sal-  
tem proprios esse contractus, cæteros improprie tales. Verum  
regerimus, non statim dicendum esse improprium, quod non  
est proprium, uti vel ex sola l. 1. ff. de suis & legit. constat, ubi hæc  
tria sibi invicem opponuntur, proprie, non improprie, & improprie  
seu non proprie. Junge Dn. Bocerum. cit. tract. c. 1. pag. 9. 10. 11.  
19. Antequam autem ad alia descendamus, hoc insuper inculca-  
mus, dari quoque secundum quosdam contractus, qui sint  
mediæ inter hæc genera naturæ, ab initio scil. alterutrum tan-  
tum ex post facto seu accidenti utrumque adstringentes, quo  
refert Dn. Vinnius ad §. 2. Inst. quib. mod. re contrah. obl. num. 2.  
commodatum, pignus & depositum vid. eundem ad §. 1. tit.  
Instit. de oblig. qua ex quasi contrac. nasc. n. 1. pag. 669. Sentiunt  
contra alii, contractus διπλευρος initio statim ex utroque la-  
tere ad dandum vel faciendum adstringere per §. un. in f. In-  
stit. de obligation. ex consensu & per leg. 19. D. de V. S. nec absur-  
dam citare videntur rationem, quod in dijudicandis contra-  
ctuum formis initium, non autem eventus inspicere debeat. arg.  
l. 15. D. de negot. gest. Restant ultima definitionis explicanda  
verba, quæ hæc sunt:

De re pro certo pretio tradenda.

20. Quæ verba important, contractum ad minimum inter duos ce-  
lebrari, ex quo tamen non evincitur contractum hunc desinere  
esse unum. Contractus quippe unitas respicit correlationem:  
Relata autem natura sunt simul, secundum Philosophorum ef-  
fata. Personarum verò pluralitas relationis fundamentum, vel  
ut rectius loquar, subjecta atque extrema intuetur, secus ac vult  
Trentl. vol. 1. disp. 28. th. 1. lit. a. Quicumque igitur tenetur rem tra-  
dere, §. 2. J. de donat. dicitur in proposito venditor. Hinc ven-  
21. dere quasi venum dare, quod res traditione veniat ad empro-  
rem: inde venum ire, & contractus venire. Res verò tradenda  
alias

587

alias nuncupatur merx, quasi merex, quod mereat pretium, sine  
merce quippe nulla emptio est, l. 8. pr. ff. h. t. nisi quasi alea ema- 22.  
tur; quia tunc spes locum rei subit, d. l. 8. §. 1. Alterum extremum  
constituit is, cui pretii solutio incumbit, & uno verbo emtor di- 23.  
citur. Pretium dictum quasi peritiū, quod à peritis constituatur, 24.  
*Varro 4. de ling. lat. l. 68. pr. ad l. Falcid. vel juxta Noniū, quod præeat*  
& demonstret, quis cuiusq; rei valor. Circa pretium autē duo no-  
tari merentur, *quidditas ejusdem, & qualitas*. Quidditas consistit in 25.  
pecunia numerata, qua res æstimatur. Et hæc omninò, modò aliàs  
rei traditæ dominium, vel usu capiendi conditionem, vel posses-  
sionem acquirere anhelet, debet solvi, vel alio modo satisfie-  
ri, & vendentis fieri, §. 41. *Inst. de R. D. & A. R. D. §. 2. 7. h. t.* Qua-  
litas perspicua est in ejus justitia, certitudine & veritate. Justum  
est atque dicitur, quando merci æquivalens & proportionatum,  
non quidem omninò & simpliciter, sed ἐπιπραίνως seu negotiati-  
vè, l. 16. §. 3. *de minor. l. 22. §. fin. locat. vid. Dn. Franzk. in ff. de contrab.*  
*emt. n. 248. Rittersb. cap. 2. comment. ad L. 23. ff. d. R. 7. p. m. 51. 52.* Certum  
habetur; quoties ad certam qualitatem definitum; Utrum au-  
tem per se, an per relationem ad aliud, nihil interest. De veritate  
pretii adi *Philip. Matthæi ad L. 16. ff. d. R. 7.* cui junge *Dn. Hahnium in*  
*ff. d. contrab. emt. n. 12.* Ibi: si contra pretium sit solutum. Summa- 26  
tim: emptio & venditio non potest consistere sine suis substantia-  
libus, qualia sunt consensus, pretium & merx, quibus contradi-  
stinguuntur solennia, naturalia & accidentalia, de quibus evol-  
ve *Schnedewinum Tit. 14. cap. de contractibus, p. m. 832. 833.* Non obstat,  
quod supra tradidimus, contractum hunc ad sui perfectionem  
præter consensum nil quicquam considerare. Hoc enim tum ve-  
rum est, quando de Emptione venditione absolutè & ratione ge-  
neris disputamus, minimè verò quando partes ejus constituen-  
tes seu integrantes ponderamus *Dn. Hahn. d. l. n. 4.* Mantissa loco  
hanc quæstionem brevibus attingere placet: An ante inventum  
nummi usum, emptio propriè sic dicta, celebrata dici & per con-  
sequens *Sabini & Casii* affirmativa sententia defendi possit? Non  
dubito id asserere; quia & in antiquis permutationibus emptor 27.  
à venditore, pretium à merce luculenter discerni potuit, tum ex  
rebus ipsis, quæ dabantur, tum ex animo & proposito contrahe-  
rium vid. *subtilem Vinnium ad §. 7. Inst. h. t. n. 6.* Et hanc opinionem

juvare videntur verba §. 2. f. b. t. ubi dicitur: permutatione rerum emptionem venditionem contrahi, eamq; speciem emtionis venditionis vetustissimam esse: quibus insimul evinci posset permutationem originem traxisse ab emtione, non emptionem à permutatione. Species enim suo genere est posterior. Ad in speciem obstantem l. i. ff. b. t. Hahn. ibid. respondet, n. 2. p. 993.

MEMBRUM II.  
De Personis & Rebus.  
CONSPECTUS.

- |   |  |
|---|--|
| <p>1. De personis constare debet, quarum causa jus constitutum.</p> <p>2. Patrem &amp; filium consistat hic contractus.</p> <p>3. Subditum &amp; magistratum provincialem.</p> <p>4. Tutorem &amp; pupillum.</p> <p>5. Quomodo inter Medicum &amp; aegrotum.</p> <p>6. Liberum &amp; incarceratum.</p> <p>7. Prodigium &amp; eum, qui rerum suarum furiosum exitum non facit.</p> <p>8. Furiosum &amp; eum, qui sanae mentis.</p> <p>9. Ad L. 21. C. mandati respondetur.</p> <p>10. Prodigii &amp; Furiosi comparatio secundum quid instituitur.</p> | <p>11. Quare inter ludentes non possit celebrari.</p> <p>12. Cum hostibus Romani Imperii interdum contrahere licet, interdum non.</p> <p>13. Comes commerciorum quis.</p> <p>14. Agitur de nobilibus remisivè.</p> <p>15. Omnes prohibiti ab hoc contractu remonentur, ubi quoque de militibus &amp; cæteris.</p> <p>16. Res natura, aut Gentium jure, moribusq; civitatis commercio exempta, emi, vendi nequeunt.</p> <p>17. Tales sunt liber homo.</p> <p>18. Res divinae.</p> <p>19. Sacrae.</p> <p>20. Dotale praedium.</p> <p>21. Res propria.</p> <p>22. Res aliena emtione comparari potest.</p> <p>23. Ratio adjicitur.</p> <p>24. De reliquis remisivè.</p> |
|---|--|

Sed



**S**ed cum parum sit Jus nosse, si personæ, quarum causa consti-  
 tutum est, ignorentur. §. fin. ff. de J. N. G. & C. necessarium omni-  
 nò duxi aliquantum in personas inquirere, quæ contractum  
 hunc vel celebrare valeant, vel non. Et quidem emtio & ven-  
 ditio non subsistit inter Patrem & filium familias, l. 2. ff. de contrah. 2.  
 emt. quia nulla inter eos efficax nascitur obligatio, nec per con-  
 sequens actio. Nemo enim cum semetipso contrahere & agere  
 potest l. 16. ff. de furtis, quod profectò hic eveniret, siquidem fictio-  
 ne juris Pater & filius pro una eademque persona habentur, §. 4.  
 13. Inst. de inutit. stipul. Nonnunquam tamen aliud obtinet, in  
 iis nimirum rebus, in quibus filius pro patrefamilias censetur,  
 l. 2. ff. ad SCtum Maced. ut in peculio castrensi & quasi per cit. l. 2.  
 l. 6. C. de bonis, quæ liberis & c. §. 1. 2. Inst. per quas person. domin. nob. ac-  
 quir. & in adventitio peculio irregulari l. fin. C. de bon. quæ liberis.  
 Excluduntur etiam nonnulli propter officium, quod gerunt in 3.  
 provincia, l. 46. & 62. ff. de contrah. empt. l. 46. §. 2. de jure fisci, nec  
 quidem per suppositam personam §. 3. l. unic. ff. de contract. jud.  
 quia quis ipse fecisse videtur, quod per alium præstitit l. 152. §. 1.  
 l. 169. ff. de R. J. idque ob terroris potestatem l. 11. C. de his, quæ vi met.  
 caus. gesta sunt. Vid. Bachov. in Treutl. part. 1. disp. 20. th. 4. lit. B. & disp. 28.  
 th. 3. lit. A. & B. Et hoc obtinet, etiamsi quinquennale tempus post  
 depositum officium excefferit, vel de novo intercesserit consen-  
 sus venditoris l. unic. §. 2. C. de contract. judic. quia ab initio emtio  
 vitiosa est, qualia tractu temporis non convalescere constat,  
 l. 1. ff. de reg. Caton. §. 1. 7. quibus non est perm. fac. test. per tit. J. de exher.  
 liber. §. 10. Inst. de legat. Exceptiones vid. in l. un. pr. C. de contr. judic.  
 ut & in cit. l. 46. & 62. ff. de contrah. emt. & passim. Simili modo em-  
 tio interdicta est Tutoribus cum suis pupillis, spretis solennita- 4.  
 tibus l. 34. §. 7. ff. de contrah. emt. l. 5. C. eod. l. 5. §. 4. 5. ff. de aut. & conf.  
 tutor. cæterisque negotia aliena gerentibus. Adde Dn. Peretz.  
 in C. de contrah. emt. n. 3. 4. 5. quod tamen fallit in tutore, cui ad-  
 ministratio decreta non est l. 6. ff. de aut. & conf. Tutor. item mino-  
 ribus, irrequisito curatoris consensu l. 3. ff. de minor. 25. ann. Me- 5.  
 dicus quoque cum ægroto contrahere Prohibetur, l. 9. C. de Pro-  
 fess. & Med. l. 3. ff. de extraord. cognition. junde Bachov. ad Treutl. vol. 1.  
 disp. 6. th. 7. lit. C. Liber cum incarcerato l. 22. ff. quod met. caus. nisi 6.  
 ver-



- vergat in manifestam carcerati utilitatem l. 9. §. 1. vers. sed licet ff.
7. eod. Prodigus Politicè talis : quia ejus nulla voluntas est l. 40. ff.
  8. de R. J. Furiosus intervalla non agnoscens, seu ut Macer. loquitur in l. 14. ff. d. offic. Præsidi. cōtinuâ mentis alienatione omni intellectu carens : nam hi nullum negotium rectè gerunt l. 5. ff. de R. J. l. 47. & 63. ff. de acquir. vel omit. poss. idque, ut dixi, ob mentis absentiam
  9. §. 1. Inst. quibus non est perm. fac. testam. l. 2. C. de contrab. emt. Quibus omnibus non adversatur l. 21. C. mandati, quæ quemlibet rei suæ moderatorem & arbitrum asserit : quoniam hæc respicit saltem eos, quibus nulla prohibitio obstat vel legalis, vel alia (ut sic loquar) causalis, Habn. in ff. de R. V. n. 3. quæ tamen eum non facit non dominum. Alienatio quippe non est de substantia domini, sed solum de ejus effectu principali, uti rectè docet Bernh. Schotanus in Examine suo part. 6. p. m. 806. Unde Seneca lib. 7. de benef. cap. 12. in fin. Non est argumentum, ideo aliquid tuum non esse, quia vendere non potes, quia consumere, quia mutare in deterius non
  10. potes. Tuum enim est, etiam quod sub lege certa tuum est. Interim prodigum comparamus furioso non simpliciter, sed saltem certo respectu, prout se obligare annititur, vel etiam bona sua distrahere anhelat : minimè verò quatenus acquirere, resq; suas meliorare allaborat. Vid. Dn. Neldel. ad cit. l. 40. ff. d. R. J. ut & Philip.
  11. Matthæi ad eandem n. 8. 9. Ulterius; Præsens contractus inter ludentes non subsistit, l. 2. §. 1. ff. quar. rer. actio non detur, quia ob novercantis fortunæ durtiem, quam expertus est, vendere alteruter censetur. Mozz. d. l. n. 15. Deinde nec cum hoste populi Romani suscipere integrum est extra loca statuta, nec intra fines imperii sine comite commerciorum, l. 4. & fin. C. de commerc. & mercator. adde Grotium 3. de Jur. B. & P. cap. 1. num. 5. Zevcot. in Flor.
  13. lib. 2. cap. 10. p. m. 291. Comes commerciorum verò erat, qui negotiationes curabat, commercii svè præerat, cui licebat sericum
  14. comparare à barbaris, l. 2. C. quæ res venire non poss. De nobilibus, an possint mercaturam exercere per se, vel per alios sine nobilitatis jactura, consule Perez. in C. de commerc. & mercat. n. 2. Josiam Nolden. de stat. Nobilium eorumq; privilegiis, conclus. 174. 175. Benvenut.
  15. Strach. tract. de mercat. & mercator. part. 3. n. 14. 15. summam : omnes prohibiti ab hoc contractu arcentur, quibus quoque secundum  
quid



quid annumeramus milites, l.31. C. de loc. & cond. l.15. 16. C. de re mili-  
 tari & l.unic. C. negot. ne militent palatinos. l. fin. C. de rescind. vend. & c.  
 Clericos can. 1. quest. 4. caus. 13. & can. 9. Dis. 88, dicitur: Negotiato-  
 rem Clericum, & ex inope divitem, ex ignobili gloriosum, quasi  
 quandam pestem fuge: jurge can. X. dist. Dis. Dixi autem secun-  
 dum quid: quoniam emendo propriæ indigentia occurrere pos-  
 sunt, non verò vendendi & negociandi exercitio se implicare  
 audent. Adde glossam ad Leg. 14. C. de contrab. emt. Petrum Georg. Tho-  
 losan. lib. 25. syntagmat. Juris universi cap. 15. Quemadmodum autem 16.  
 indistinctè omnibus emere ac vendere non est permissum, ita  
 nec indiscriminatim quascunque res emere ac vendere licet; de  
 quibus, age, videamus breviter. Et quidem si consulamus Paulum  
 Jctum in l. 34. §. 1. ff. de contrab. emt. ita generaliter cum eo definire  
 licet, quod earum omnium rerum, quas quis habere, vel possi-  
 dere, vel persequi potest, venditio rectè fiat; exceptis iis, quas  
 vel natura, vel gentium jus, vel mores civitatis commercio exe-  
 merint. Ejusmodi autem res sunt liber homo, cujus emptio natu- 17.  
 ra interdicta est, & quidem scientibus, §. 2. l. 34. ff. de contr. emt. (vide  
 tamen §. 4. Inst. de jure personarū) ignorantibus quippe permissa  
 videtur l. 70. eod. tit. §. fin. Inst. de empt. & vend. licet ea distinctio  
 in stipulatione non obtineat, l. 1 §. 9. de obl. & act. §. 2. Inst. de inutil.  
 stipul. Quibus non obstat, quod l. 2. C. de parentib. qui fil. distrax. ven-  
 ditio filiorum probata legatur: quoniam hoc specialem habet  
 rationem, & certis demum casibus obtinet, (1) si Pater extre-  
 ma prematur paupertate, (2) si filius sit sanguinolentus, seu à ma-  
 tre adhuc rubens, (3) si eum habeat in potestate. Natura etiam 18.  
 abhorret à rerum divinarum venditione, quarum emtor Simo-  
 niacus; venditor verò Giezita dicitur, referente Tholosano d. lib.  
 cap. 7. num. 3. Sic res sacras, i. e. Deo consecratas, emtionis actui 19.  
 subicere non licet ordinario jure l. 14. & 21. C. d. SS. Eccles. & distra-  
 hens tenetur crimine læsæ religionis, l. 1. C. de sepulchro violato, de  
 quibus vid. Mozz. de contractibus p. m. 318. Tholosanum d. lib. c. 8. Rit-  
 tersb. part. 1. Jur. Just. cap. 8. n. 17. 32. & seqq. Perez in C. d. SS. Eccles.  
 n. 22. & c. Dotale quoque prædium maritus alienare non potest, 20.  
 etiamsi mulier consentiat, pr. tit. Inst. quib. alien. lic. vel non. l. unic.  
 §. pen. C. d. rei ux. act. nisi fuerit datum æstimatò simpliciter, vel ut

C alii



- alii loquuntur, æstimatò non taxationis, sed venditionis causa, l. 10. §. 5. ff. de jure dotium non servata mulieri electione §. 6. cit. l. quia tunc ipsius plenum dominium consequitur maritus, ob quod possit æquè pro lubitu distrahere, uti res functionem in suo genere recipientes, l. 42. ff. de J. d. Plura. de dote vid. apud Valent. Riemer. Decad. 2. quest. illustr. 1. Dn. Fibig. disp. 5. colleg. legat. q. 5. semi-dec.
21. Sed quid de re propria sentiendum? Respondemus ejus emtionem dum demum valere, si possessionem ejus, quæ apud venditorem erat, inde acquisierit, l. 34. §. 4. ff. d. contr. empt. Quinimò res etiam planè aliena venditionem non vitiat, quia saltem ad tradendū, non ad dandum obligatur venditor l. 11. §. 2. l. 30. §. 1. ff. d. act. emt. & vend. l. 25. §. 1. ff. d. cont. emt. l. 1. ff. de rer. perm. Dare a. in jure nostro est dominium transferre, tradere verò præstare habere licere. Nimirum quidam contractus (loquor cum Dn. Hahn. in ff. commod. vel cont. n. 4. ibi: etiamsi sint alienæ) admittunt objectum rei alienæ, hætenus tamen ut qui dedit eam, non satisfacisse dicatur obligationi, quemadmodum in contractu pignoris & c. Quidam eatenus, ut dans rei alienæ præstationem quoque satisfaciat, uti in venditione. Quidam rem alienam planè respuunt, uti contractus omnes obligationem dandi continentis, v. g. do ut des. do ut facias, contractus mutui, vid. l. 2. §. 4. ff. de reb. cred. & pr. tit. Inst. quibus mod. re contrab. obl. De cæteris rebus, quæ emi vendive valent, vel non, consule cit. Mozzen, Tholosanum, quibus adde Dn. Franzk. in ff. d. contrab. emt. c. 2. n. 99. Hahn. in ff. eod. tit. n. 7.
22. ditorem erat, inde acquisierit, l. 34. §. 4. ff. d. contr. empt. Quinimò res etiam planè aliena venditionem non vitiat, quia saltem ad tradendū, non ad dandum obligatur venditor l. 11. §. 2. l. 30. §. 1. ff. d. act. emt. & vend. l. 25. §. 1. ff. d. cont. emt. l. 1. ff. de rer. perm. Dare a. in jure nostro est dominium transferre, tradere verò præstare habere licere. Nimirum quidam contractus (loquor cum Dn. Hahn. in ff. commod. vel cont. n. 4. ibi: etiamsi sint alienæ) admittunt objectum rei alienæ, hætenus tamen ut qui dedit eam, non satisfacisse dicatur obligationi, quemadmodum in contractu pignoris & c. Quidam eatenus, ut dans rei alienæ præstationem quoque satisfaciat, uti in venditione. Quidam rem alienam planè respuunt, uti contractus omnes obligationem dandi continentis, v. g. do ut des. do ut facias, contractus mutui, vid. l. 2. §. 4. ff. de reb. cred. & pr. tit. Inst. quibus mod. re contrab. obl. De cæteris rebus, quæ emi vendive valent, vel non, consule cit. Mozzen, Tholosanum, quibus adde Dn. Franzk. in ff. d. contrab. emt. c. 2. n. 99. Hahn. in ff. eod. tit. n. 7.
23. licere. Nimirum quidam contractus (loquor cum Dn. Hahn. in ff. commod. vel cont. n. 4. ibi: etiamsi sint alienæ) admittunt objectum rei alienæ, hætenus tamen ut qui dedit eam, non satisfacisse dicatur obligationi, quemadmodum in contractu pignoris & c. Quidam eatenus, ut dans rei alienæ præstationem quoque satisfaciat, uti in venditione. Quidam rem alienam planè respuunt, uti contractus omnes obligationem dandi continentis, v. g. do ut des. do ut facias, contractus mutui, vid. l. 2. §. 4. ff. de reb. cred. & pr. tit. Inst. quibus mod. re contrab. obl. De cæteris rebus, quæ emi vendive valent, vel non, consule cit. Mozzen, Tholosanum, quibus adde Dn. Franzk. in ff. d. contrab. emt. c. 2. n. 99. Hahn. in ff. eod. tit. n. 7.
24. uti contractus omnes obligationem dandi continentis, v. g. do ut des. do ut facias, contractus mutui, vid. l. 2. §. 4. ff. de reb. cred. & pr. tit. Inst. quibus mod. re contrab. obl. De cæteris rebus, quæ emi vendive valent, vel non, consule cit. Mozzen, Tholosanum, quibus adde Dn. Franzk. in ff. d. contrab. emt. c. 2. n. 99. Hahn. in ff. eod. tit. n. 7.

### MEMBRUM III.

De

## Modis & Actionibus, ex hoc contractu descendentibus.

### CONSPECTUS.

- |   |  |
|---|--|
| 1. Emptio purè, & non purè celebrari potest.                            | 3. Item, si initio placuerit, ut scripto comprehenderetur.         |
| 2. Conditionalis venditio ante existentem conditionem perfecta non est. | 4. A perfecto contractu cum arrharum dispendio recedere non licet. |
|   | 5. Pa-   |

- 5. Pacta informant & reformant contractum, sunt q̄ infinita.
- 6. Actio Civilis qua competat emtori.
- 7. Ad quid detur.
- 8. Quare in heredes descendat.
- 9. Dolus quomodo vitiet contractum bona fidei.
- 10. Per tō prestare culpam quid intelligamus.
- 11. Quid per culpam.

- 12. Rem tenetur precisè tradere venditor, si possit, nec aliud ardeat emtori.
- 13. Quæ civilis actio detur venditori adversus emtorem.
- 14. Ad quid detur.
- 15. Utraq̄ est perpetua, bona fidei directa.
- 16. Occurritur quoque Prætoris actionibus.

**M**ultum autem interest, quomodo sit celebrata emtio, utrū purè, an non purè, §. 4. Inst. h. t. propter adjectionē diei, quæ 1. dilationem nimirum inducat l. 213. de P. S. conditionis aut pacti. Conditionalis venditio ante existentem conditionē pro perfe- 2. cta non habetur, l. 7. pr. ff. de contr. emt. Idem est, si ab initio conve- 3. nerit, ut scripto comprehendatur, quo casu impunè licet recedere ante instrumentorum perfectam & consummatam erectionem, modo arrharum nomine nil quicquam datum fuerit. At licetne à perfecta emtione cum arrharum dispēdio resilire? Nego 4. p. l. 3. §. 6. C. de rescind. vend. Non obstat, pr. tit. Inst. h. t. §. 1. 17. C. de fid. instrum. Pacta quoque informare & reformare contractum constat, l. 7. §. 5. 6. ff. de pactis, & tot. tit. ff. d. in diem condict. & de Lege commissoria. Pacta autem hæc sunt infinita, & forma est incerta, & si 5. adjecta sint, dant legem contractui, l. 6. §. 1. l. 22. l. 68. l. 72. l. 78. ff. de contrab. emt. cap. 85. de R. J. in 6. Vid. Pacii Analysin Inst. h. t. p. 389. Rittersh. comment. ad l. 23. de R. J. cap. 3. p. m. 56. Franzk. cit. loc. cap. 5. Omnibus tandem observatis & contractu absoluto ex mutua obligatione mutux procedunt actiones, quibus quilibet contrahentium experitur ad consequendum id, quod sibi ab alterutro, vel propter contractus naturam, vel aliorum placitorum adjectionem debetur. Vide, sis, Joh. Arnold. Corv. posthumum Pacianum, Lib. 3. definit. 130. p. m. 119. Sunt verò partim civiles, partim Prætorix. Civiles appellantur actiones emti venditi. Illa exem- 6. pto datur ementi, ejusque heredibus adversus venditorem, ut



7. & heredes, ad obtinendum id, quod illis ab his præstari oportet. l. 11. ff. de act. emt. At cur datur heredibus & adversus heredes?
8. Resp. quia est persecutoria ex contractu: quales, etiam non præparatas, activè & passivè in heredes descendere, manifesti juris est, arg. §. 1. ff. de perpet. & tempor. act. l. 7. §. 2. ff. de condict. furtiva, l. 152. §. 3. ff. de R. J. §. fin. Inst. de obl. que ex del. nasc. Rationem adducit Donnellus lib. 15. comm. 52. quod hæ actiones sint jura, quibus defunctus tenebatur, heres autem succedat in omne jus defuncti, l. 24. ff. de V. S. l. 62. de R. J. Junge præ cæteris Dn. Bachov. de actionibus disp. 5. tb. 4 p. m. 167. Carpz. part. 2. Jurispr. forens. const. 14. num. 4.
- Ad 4. verò maximè regulariter obstrictus est venditor emptori, de tradenda nimirum possessione, Evictione præstanda, & doli mali purgatione, l. 13. §. 3. de jurejur. ac culpæ præstatione. Dolum quod attinet, sciendum, quod is statim contractum ipso jure nullum reddat, si causam dederit contractui præsentanti, l. 7. pr. ff. de dolo malo, l. 2. §. fin. pro socio, nec desideret aliquam rescissionem, quemadmodum opus est, ubi incidèrit dolus in contractum bonæ f. l. 13. §. 4. & §. de act. emt. vid. Dn. Vinni. ad §. 28. J. de act. n. 4. Habn. in ff. de dol. mal. n. 1. Præstare culpam, Jctis non est committere culpam, sed resarcire damnum culpâ datum. Et ita egregiè indicatur metonymicè effectus per nomen causæ, sive consequens per vocabulum antecedentis. Philipp. Matthæus ad L. 23. n. 3 p. m. 160. Tò præstare itaque hoc loco idem erit, quod Germanis valet: qui für etwas seyn / item, für etwas haßten / oder verbunden / oder verpflichtet seyn. Rittersh. ad L. 23. de R. J. cap. 7. protheoria p. m. 45. Per culpam hic intelligimus levem, quia in hoc contractu utriusque versatur utilitas, l. 5. §. 2. ff. commod. extra quam si in mora accipiendi rem emptor fuerit, l. 5. & l. 17. de commodo & peric. rei vend. Et quidem tenetur præcisè venditor rem ab adversario enixè postulatam tradere, modò habeat tradendi facultatem, etiam cum accessoriis omni que sua causa: quia periculum rei statim pertinet ad emptorem, etiam si adhuc Dominus non sit, §. 3. Inst. de emt. vendit: ad l. 9. C. de pignorat. act. egregiè respondet Vinnius ibid. n. 8. Interim ut ipse venditor quoque indemniscervetur, pari modo actione ipsi consulitur, quæ ex vendito empto dicitur, quâ agit ad consequendum ab Emptore ejusve here-

herede pretium cum usuris propter moram realem contractis. 14.  
Utraque autem est civilis, personalis, quia ex contractu est, §. 1. 15.  
*Instit. de act. bonæ fidei, §. 28. Inst. de act. perpetua, directa; quod quo*  
*sensu dicatur Habn. explicat in ff. de act. emt. vendit. n. 2. Dantur præ-* 16.  
*terea & honorariæ actiones, ut rehibitoria, æstimatoria, vel quan-*  
*ti minoris, quarum illa datur intra sex menses utiles, hæc intra*  
*annum utilem. Exceptio est in l. 28. & l. 38. ff. de adilit. edict. Vid.*  
*Franzk, ad eundem tit. n. 82. Matth. Colerum part. 2. process. execut.*  
*num. 18. p. 392. Junge, sis, Rittersh. ad LL. XII. tab. part. 2. clas. 3. p.*  
*m. 152. Arnoldum ab Haersolten parte 3. de Actionibus, act. 32.*

CAPUT II.

De

LOCATIONE.

CONSPECTUS.

1. Locatio unde dicatur.
2. Locatio similis est emtioni.
3. Ejus substantia ex subjecta definitione colligitur.
4. Unius rei plures possunt esse definitiones.
5. Per Locationem usus in Conductorem transfertur.
6. Locationis divisio.
7. Quis locator in locatione rei dicatur.
8. Quis in conductione operarum.
9. Differt contractus locationis ab emtione, tum in aliis, tum in hoc maxime, quod saltem rei usus in conductorem transferatur.
10. Cui assertioni non refragatur contractus Societas.
11. De Personis.
12. De Rebus.
13. Ad continuandam locationem tacitus consensus sufficit.
14. Renovata tacito consensu locatione pignora obligata manent.
15. Distinguitur inter prædium Urbanum & Rusticum.
16. De actione Serviana & quasi.
17. De Fidejussoribus.
18. De duratione renovationis tam quo ad prædium urbanum, quam rusticum.
19. Locatio in perpetuum facta non abit in Emphyteusim.
20. De Actionibus.
21. Locator non præstat culpam levissimam, multo minus casum fortuitum.
22. Ad quid detur actio Locati.

G 3

23. Ad

591

23. Ad quid conducti.

24. Conductor interdum non finito  
conductionis tempore teretur  
cedere.

25. De concursu actionum genera-  
liter.

26. Locator aliquando non obliga-  
tur.

- L**ocatio quia iisdem juris regulis, quibus emptio, subsistere perhibetur *pr. Inst. de locat. conduct. L. 2. ff. eod. secundo loco* habita temporis ratione de eadem videamus. Dicitur
1. autem Locatio à loco quasi locare sit locum alteri in suo dare, *Varro lib. 4. de Ling. Lat. uti conducere est secum ducere, Donell. Lib. 6. comment. in pr. Wesemb. in ff. h. n. 2. Haersolt. de act. part. 3. act. 33.* Cæterum similis saltem est contractui emptionis: non per-
  2. similis. Quapropter propria substantia ipsi asserenda, iisque, quibus à priori discedit, astruenda. Separata verò ejus natura
  3. aliunde commodius constare nequit, quàm ex præfixa definitione: quia quid res sit declarat, essentiamque definiti explicat. Potest autem variè definiri: (1) Quòd sit contractus consensu initus, quo usus, *ut in domo aut fructus, uti in fundo, vel opera, puta hominis, seu personæ* transfertur, certâ mercede constitutâ. Vel (2) brevius: Quod sit contractus consensualis quo usus rei (res hic generaliter intelligenda, vid. Franzk. Exerc. II. q. 1. n. 1.) conceditur pro certa mercede. Posset adhuc aliter definiri. Hisce tamen non obstat, quod unius rei unica saltem sit definitio; si-
  4. cuti cujusque rei unica saltem est essentia. *R.* Verum hoc esse quoad essentiam non quoad varium concipiendi modum, vel uti *Nostrates* loquuntur, ubi una definitio alteram declarat. Dixi verò (1) quod sit contractus Consensualis. Est enim æque naturalis ac prior *l. 1. ff. locat. conduct. L. 14. ff. h. t. l. 24. C. eod. l. 2. in pr. l. 48. l. 52. §. 4. de O. & A. l. 35. §. ult. ff. de V. O. Hahn. h. t. n. 4.* Repete hic ea, quæ monui ad *cap. 1. memb. 1. n. 9. 10. 11.* (2) tradidi, quod hoc contractu trans-
  5. feratur rei usus certâ mercede consensu promissa. Nam hæc necessariò definitione includenda fuerunt: quia substantialia hujus contractus constituunt *Dn. B. Schot. in exam. part. 3. q. 2. p. m. 487.* Ultrò autem ex ipsa definitione sequitur, quod locatio alia sit rei seu fruendi, alia facti seu faciendi. Locatio rei est, quan-

592

quando inquilino, i.e. ædium inhabitatori, l. 37. de acquir. poss.  
domus; vel colono, i.e. fundi conductori, prædium; vel viato-  
ri stabulum locatur. Locatio vero facti est duplex alia operis,  
operæ alia. *Dn. Franz. in ff. h. n. 76. 77. 78. 79. 80.* Et hanc divisio-  
nem eò libentius adjungere volui, quo magis magisque ex illa,  
quis sit proprie locator, quis conductor, constare posse arbitra-  
tus sum. Nonnulli enim circa hanc materiam insignem er-  
rant errorem. Nonnulli: dum rem exemplis perspicue  
proponere satagunt, ipsam obscuritatem non evitant, Et  
quidem in locatione rei res expedita est, in locatione operis &  
operarum non item. In illis enim communis opinio com-  
modè retinetur, quod nimirum locator sit, qui dat uten-  
dum & mercedem accipit: Conductor, qui eandem persol-  
vit & utendum accipit. At hoc fallit in locatione operarum,  
quemadmodum vel ex sola l. ii. §. 3. ff. h. t. clarescit: Cujus ver-  
ba hæc sunt: *Qui vinum de Campania transportandum conduxisset,*  
*deinde, mora à quodam controversia signatum suo & alterius sigillo in*  
*apothecam deposuisset, ex locato tenetur, ut Locatori possessionem vi-*  
*ni sine controversia reddat, nisi culpâ conductor careret.* Ibi enim  
transportandum suscipiens conductor dicitur: transportan-  
dum tradens, Locator, & tamen conductor mercedem accipit,  
Locator præstat. Propterea meditationes meas super hac re ha-  
bitas brevibus divulgo, & salvâ tamen aliorum authoritate, à 8.  
quibus forte, modestè tamen, recedo, sentio, quod vel respici-  
endum sit ad primum sese offerentem, ad eò ut is habendus sit  
pro Locatore: qui vero offerentis placitum suscipit, pro Con-  
ductore, sive alteri præstet operas, sive ab altero sibi præstentur,  
à quâ sententia etiam alienus non est *Dn. Franzk. in ff. h. t. n. 84.*  
vel quod uterque suo sensu & Locator & Conductor dicendus  
sit, ita ut Locator operis, sit quoque conductor operarum: &  
conductor operis sit simul Locator operarum l. 22. §. 2. ff. h. & l. i.  
ff. de altimat. a&f. Ut ecce: *Convenicum Aurifice, ut is ex auro*  
*meo anulum certi ponderis certæque formæ fabricaret, pro-*  
*mittit se facturum certâ mercede expressa.* Hic loco opus, an-  
nulos nimirum faciendos ex meo auro, & sic dicor locator; In-  
terim & conductor nuncupor, quatenus conduxì operas Titii  
ad perficiendum negotium admodum necessarias: & contra  
vid.

292  
vid. Dn. Vinn. ad pr. tit. Inst. h. t. n. 2. Cujac. lib. 2. obs. 28. Et hæc vera sunt si dederim aurum proprium, nam si ex aurificis auro confectus diceretur annulus, mutatus jam esset contractus, conversus in emtionem. Paucis : Toties est locatio, quoties data materia in eodem statu manet. Nam nulla potest esse locatio ubi corpus ipsum non datur ab eo, cui id fit. l. 20. ff. de contrah. emt. ad quam vid. Dionys. Gothofr. lit. A. K. ut opera in forma imponenda sit accessorii saltem loco. Quoties vero materia tractanda immutatur & alienatur, toties emtio est, uti respondet Jabolenus in l. 65. ff. d. tit. In definitione (3) asserui, quod certa merces debeat definiri. Talis vero censetur, de qua inter contrahentes convenit, junge l. 52. ff. locat. cond. & quidem *statim* sive *illico* §. 1. Inst. h. nam si in futurum collocetur mercedis definitio, præscriptis verbis agendum, de qua actione vid. Arnold. ab Haersolten part. 3. act. 40. & Joh. Arnold. Corvini posthumum Pacianum lib. 3. definit 145. p. m. 125. Mercedis verò vocabulum etiam aliis verbis effertur interdum quippe dicitur *pensio*, l. 3. C. locat. reditus, l. 88. §. 14. ff. de legat. 2. *interdum redactus* l. 58. §. pen. ff. de usufr. Nonnunquam appellatur *navium* si Nautæ detur pro rebus trajiciendis, item *veitura* l. 15. §. 6. ff. h. appellatur quoque *viaticum* vid. plur. Rittersh. ad l. 23. de R. J. p. m. 121. 122. Sed DD. anxie disquirunt, utrum merces debeat consistere in pecunia numerata, vel an possit quoque in re quavis consumptibili? Posteriori sententiam amplectuntur Rittersh. cit. loc. Ludwell. ad §. 2. Inst. h. t. n. 2. Perez in C. h. n. 3. Bronchorst cent. 2. *Evav-  
tso*Φ. assert. 66. Priorem vero Dn. Franzk. h. n. 64. Hahn. ibid. n. 6. 7. Vinn. ad §. 2. Inst. h. t. n. 1. 2. Fachin. 1. controvers. Jur. c. 82. quos sequimur. (4) & ultimo in definitione expressi, quod  
9. rei usus transferatur. Et in hoc maxime differt ab emtione, in qua res ipsa transfertur, imò dominium per consequentiam, si venditor rei venditæ dominus fuerit. Perez. in C. h. t. n. 4. Cui non  
10. contrariatur, quod in contractu Socidix, vel foccidix, quo oves vaccæve ferreæ, vulgò : *Eiserne Rûhe und Schaffe* / quasi locantur, periculum ad conductorem spectet, non ad Locatorem. Nam ex re nomen acceperunt. Denn solche Rûhe und Schaffe verbleiben allezeit des Locatoris, und sterben ihm nicht / daher sie auch eiserne  
ferne



ferne genant werden. Vid. *Hahn. in ff. h. n. 8. circ. fm. Carpzov. jur. for. p. 2. c. 37. d. 19.* Ex quo inferre liceret, non usum sed dominium in conductorem abire. Res enim perit suo domino, l. 9. C. de pign. act. Verum putaverim consequentiam hanc non esse indistincte sanam: periculum hujus rei spectat ad Titium, ergo est Dominus vid. §. 3. Inst. de emt. vend. Ad hæc ipse contractus Societatis non nihil distat à locatione, quia merces in fructibus tantum persolvitur, non in pecunia numerata. Et hæc de definitione. Personarum quod concernit, sciendum, quod omnes, etiam non domini, l. 7. ff. loc. locare possint, modo consentire, resq; suas administrare valeant. Quilibet tamen conducere non potest, quia nonnulli prohibentur, uti milites, qui semel militiæ dediti, cingulis suis jugiter inharere & Remp. defendere debent, l. 31. & fm. C. h. t. Rittersh. part. 14. Jur. Inst. cap. 5. Curiales, l. 30. C. h. t. l. 4. ff. de Decur. Clerici, N. 123. cap. 6. quia ejuratis rebus & negotiationibus secularibus omnino DEI obsequio se manciparunt, exceptio est in c. 1. vers. nec tum ne cler. vel Monach. secul. reb. se immisc. de quibus vid. Dn. Perez in C. b. t. n. 5. 6. Tholosan. syntag. Jur. universi, lib. 27. c. 1. n. 11. Mozz. de contract. p. in. 391. & seqq. Sed quid de rebus judicandum? De iis talem formamus regulam: quod omnes possint locari, quarum commercium habemus. *Commercium verò nihil aliud est, quàm jus alienandæ rei & comparandæ.* Hinc locari possunt res mobiles & immobiles, corporales & incorporeales, exceptis servitutibus prædialibus, l. 44. ff. h. t. quia prædiorum utilitatem respiciunt, non personarum, quapropter prædium non habenti constitui nequeunt, §. 3. Inst. de servit. prædior. l. 1. ff. commun. prædior. non obstante l. 10. de S. R. P. & l. 23. §. de S. U. P. quia saltem in iis sermo fit de nuda promissione, non de actuali constitutione. Excipitur quoque usus §. 1. in fin. Inst. de usu & habit. Habitatio autem rectè legatur, propter rerum utilitatem, §. 5. Inst. de usu & habit. ut & usufructus, ratione juris realis, §. 1. d. t. licet cedendo extraneo usufructuarius nihil agat §. 3. J. de usufr. Inspice Treutl. vol. 1 D. 16. & conf. Th. 14. lit. E. cit. disp. cum Th. 10. ejusd. D. lit. A. Pignus à creditore, si sit ἀντίχρησις, §. 1. l. 11. ff. de pignor. & hypoth. ad Tholosan. cit. loc. n. 3. Perez. in C. b. t. n. 7. 8. 9. 10. 11. Contrahitur verò Locatio solo consensu, qui vel

D

ex-

expressus est, vel tacitus. Interdum enim enixè desideratur expressus Consensus, ut puta, quando Locatio primum ineunda:

13. interdum tacitus sufficit, quando jam inita est, sed saltem renovari debet, quod fit, quando post præterlapsum tempus locator proprio motu in re conducta permanet, locatore sciente & patiente. Quo casu etiam ea, quæ pignori vel expressè vel tacitè supposita sunt, obligata durant, l. 13. §. II. ff. h. t. l. 16. C. eod. v. gr.
14. Res illatæ in prædium urbanum pignori sunt locatori, etiam si nominatim nihil inter eos convenerit, l. 4. ff. de pact. l. 4. pr. ff. in quib. caus. pig. tac. contrah. & pro hisce competit quasi Serviana actio. Illatæ verò in prædium Rusticum tacitè non oppignorantur, sed saltem fructus ibi nati l. 7. ff. eod. nisi expressè sibi quaesierit pignoris jus in rebus illatis, & tunc parata ipsi est actio serviana §. 7. J. de act. vel interdictum Salvianum §. 3. in fin. J. de interdictis. Vid. *Dn. Hahn. in ff. de interd. Salvia. n. 3.* Loquor verò de re rebus propriis oppignoratis, non de alienis, propter verba cit. §. XI. l. 13. v. t. S. *Sed hoc ita verum est, si non alius pro eo in priore conditione res obligaverat: hujus enim novus consensus erit necessarius.* Sed quid de fidejussoribus sentiendum? putò eos de periculo posterioris temporis adstrictos non esse l. 7. C. de locat. cond. nisi fortè simpliciter sine determinatione certi temporis sese obligaverint. Vid. *Dn. Gail. lib. 2. obs. 30. n. 11.* Ulterius quoad
18. renovationis durationem distinguendum venit: inter prædium rusticum & urbanum. In illo Locatio renovata censetur ad annum: in hoc prout quisque habitaverit, per l. 13. §. II. circa fin. ff. h. t. nisi in scriptis, non probationis sed perfectionis causa, certum tempus conductione comprehensum sit, de quo casu eleganter tractat *Perez in C. h. t. n. 13.* Porro potest fieri vel ad breve tempus vel ad longum, imò etiam in perpetuum, l. 10. C. h. t. Nec
19. per hoc fit emphyteusis, quia res non ex temporis adjuncto, sed propria forma æstimari & distingui debet. *Nihil enim fit à tempore, licet nihil non fiat in & cum tempore* l. 8. ff. mand. l. 44. de obl. & act. l. 4. de usur. *Dn. Franzk. h. n. 30. Wesembet. & Hahn. h. n. 8.* Et ex hoc contractu nascuntur duæ actiones, quarum una datur locatori, conductori altera. Illa dicitur locati, & datur adversus conductorem ejusve hæredem, in id, quod ex æquo & bono præstan-
- 20.

standum est: ut de mercede solvenda, re finito tempore resti-  
 tuenda, re culpa conductoris lata & levi, aut dolo deteriorata  
 resarcienda, & lege conductionis servanda. Vid. *Corvini posthum.*  
*Pacian. lib. 3. definit. 141. Haersolt. part. 3. act. 33.* Quando autem mer-  
 ces solvenda sit, id dijudicandum vel ex pacto contrahentium,  
 vel ex regionis consuetudine. Sin autem ex illis nil certi colligi  
 possit, tunc in fine anni solvenda est. Paulò aliter *Dn. Schneidew.*  
*in 7. h. t. n. 11.* Culpam hic respicimus latam & levem, non levis-  
 simam, propter rationem §. 2. l. 5. ff. commod. non casum fortuitum 21.  
 §. 5. J. h. t. Non obstat §. 2. J. h. t. in quo perhibetur; quod condu-  
 ctor talem diligentiam adhibere teneatur, qualem diligentissi-  
 mus pater familias adhibere soleat suis rebus. Ex quo evinci  
 posset teneri eum de levisima culpa: quia diligentissima custo-  
 dia opponitur levisimæ culpæ. Respond. enim superlativum ibi  
 positum loco positivi, diligentissimum pro diligenti, quemad-  
 modum vice versa positivus loco superlativi offenditur, l. 21. C.  
 mand. Et ita nobiscum sentiunt *Dn. Bocerus ad l. 23. de R. J. p. m. 151.*  
*& ex eo Rittersh. ad eand. l. c. 9. p. m. 125. Dn. Wesemb. & Hahn. in ff. lo-*  
*cat. cond. n. 14.* Quapropter potius intrinseca negotii natura pon-  
 deranda, quam externa verborum figura atque cortex. Exce-  
 ptiones tamen vide apud eund. *Dn. Hahn. cit. loc. & Ritterh. p. 126.*  
 Imo hac actione experiri quoque potest adversus conducto- 22.  
 rem, si fundum deseruerit sine justa & probabili causa, ad con-  
 sequendam totius temporis pensionem, l. 55. §. 2. locat. cond. à  
 qua tamen immunis est, si decedat è domo, ob id, quod spectris  
 infestetur, vel aliud aliquod periculum immineat, arg. l. 19. §. 1.  
 l. 27. §. 1. ff. h. t. jung. *Perez. in C. h. t. n. 16. & seqq.* Actio, quæ condu-  
 ctori consulitur, dicitur conducti, qua agit adversus Locato-  
 rem, ut re conducta uti liceat, vel ut solvatur interesse, l. 7. 8. 9. ff. 23.  
 h. t. rem reficiat, mercedem vel in totum vel pro parte remittat  
 obsterilitatem, vel ut liberetur conductione l. 75. §. fin. locat. Di-  
 xi, quod locator debeat pati, ut conductor re conductâ utatur,  
 & quidem usque ad tempus conventionis expressum. Non ta-  
 men inde prohibetur interdum agere, ut ante tempus migret  
 conductor, sicuti id tentare potest, si merces non solvatur l. 56. h.  
 Si probaverit dominus, rem esse admodum necessariam pro- 24

D 2

priis

prius usibus l. 3. C. h. si domus sit corrigenda necessario l. 35. ff. h. t. si re conductâ malè utatur. De sterilitate consule *Perez. in C. h. n. 25. Franzk. in ff. h. n. 96. 97. 98. Habn. ibid. n. 16. Gaill. lib. 2. obs. 23. Jung. Oldend. class. 4. de act. 9.* De cœteris concurrentibus actionibus potest videri *Dn. Rittersb. loc. cit. pag. 127. 130.* In universum autem

25. de actionum concursu sic habe: Quoties concurrunt actiones rei persecutoria ejusdem rei nomine, & ex eadem causa unâ saltem experiri licet l. 43. §. 1. ff. de R. J. l. 18. §. 34. §. 1. ff. de O. & A. l. 38. §. 1. pro soc. Bona enim fides non patitur, ut bis idem exigatur, l. 57. ff. de R. J. nisi fortè in una plus quid sit, quàm in altera l. 43. §. 47. ff. pro soc. l. 28. ff. de act. emt. Sin autem concurrat actio mixta cum rei persecutoria; tunc illa hanc, non verò hæc illam consumit omnimodò. In concursu actionis pœnalis & rei persecutoria, concursus obtinet cumulativus, uti Dd. loquuntur. Exemplo sit actio furtiva concurrens cum rei vindicatione, & condictione irregulari furtiva &c. Quando verò concurrunt actiones pœnales, tunc distinctè agendum, & statuendum, quod obtineat regula l. 130. ff. de R. J. tradita quoque in §. 3. J. si quad. paup. fec. die sicubi actiones oriantur ex diversis factis & delictis l. 2. pr. §. 1. ff. de priv. delict. l. 27. ff. ad L. Aquil. Nam si ex uno delicto, tunc similiter omnibus experiri poteris, modò gradatim, i. e. leniori prius egeris. Sed quid si concurrat actio mixta cum pœnali? n̄puta actio vi bonorum raptorum, cum furtiva, l. 1. ff. vi bon. rapt. Videndum quamnam prius intentaveris, utrum actionem vi bonorum raptorum, an furtivam. Illa consumit furtivam in duplum, non contra: quia vi bonorum actio durior. Et hæc ratio meritò quoque attendi debet, quando concurrunt vi bonorum actio, cum actione furti manifesti, ut & tunc graviolem actionem, qualis furti manifesti actio, alteram, puta vi bonorum raptorum, tollere dicamus, quatenus est pœnalis. Vid. *Dn. Bachov. de act. disp. 5. de act. disp. 5. Th. 17. p. m. 189. Joh. Jac. Wissenbach. discurs. de act. B. Schot. part. 2. exam. p. 260. 261. 262. 263.* ubi de concursu actionum tractat. Ultimò observa, quod licet utraque actio sit civilis directa &c. Locator tamen interdum non obligetur: veluti cum emtor fundum conducit, donec pretium venditori solverit, l. 20. §. 2. ff. Locat. cond.

CAP.



CAPUT III.

De

EMPHYTEVSI.

CONSPECTUS.

- 1. Contractus Emphyteuticus tam de emtione, quam venditione quid participare videtur.
- 2. Vocabuli ambiguitas attendenda.
- 3. Emphyteuticus & vectigalis ager censentur synonyma.
- 4. Unde dicantur vectigales agri & emphyteutici.
- 5. Emphyteusis ab initio in agris tantum sterilibus constitit, postmodum etiam in fertilibus agris.
- 6. Definitur.
- 7. Quod sit contractus Juris Civilis a nonnullis propter in speciem pugnantes rationes propugnatur.
- 8. Contractus Emphyteuticus creatura Zenonis male creditur.
- 9. Non entis nulla sunt affectiones.
- 10. Ad textum Inst. respondetur.
- 11. Scriptura non constituit formam hujus contractus.
- 12. Probatur id fundamentis nonnullis.
- 13. Duo ablativi non semper sunt instar nota characteristica conditionis.
- 14. Ad L. 5. ff. de J. & J. respondetur.
- 15. Juri Gentium quid detrahere non uno modo dicitur.
- 16. In Emphyteusim non potest concedere, nisi qui est Dominus, vel domino similis, & insuper jus alienandi habens.
- 17. Quid sit alienare.
- 18. Dominium aliud directum est, aliud utile.
- 19. Et pradium Ecclesiasticum & Paganum in Emphyteusim dari potest.
- 20. Potest concedi unicuique non prohibito.
- 21. Etiam minori, mulieri & c.
- 22. Tam ad tempus quam perpetuum.
- 23. Canon non respondet fructibus, obq. sterilitatem non remittitur.
- 24. Emphyteuta canonem non solvens expellitur.
- 25. Ad quid detur canon.
- 26. Ex constituta emphyteusi quae actio detur.
- 27. Quae ex acquisita.
- 28. Quibus modis acquiratur.
- 29. De Laudimio.
- 30. Acquisita Emphyteusi omne commodum sequitur Emphyteutam.
- 31. Vendere non potest emphyteusim neg. in totum neg. pro parte emphyteuta, sine scientia domini.
- 32. De successione & modo amittendi remisive.

D 3

Non



**N**on sine ratione contractum Emphyteuticum nunc tra-  
 ctandum subjicio: quoniam & hic non minimam cum su-  
 perioribus convenientiam continet, intermedius quasi  
 1. & ad utrumque inclinans, §. 3. *J. d. locat. cond.* ob quam causam  
 quoque eum statim & immediatè tit. *C. d. locat. cond.* subjici  
 2. autumo. Separandum tamen est nomen emphyteusios ab  
 emphyteusi, h. e. re ipsa: nec confundendus contractus emphy-  
 teuticus cum ejus jure. *Donellus lib. 9. comm. 13. Hahn. in ff. si ager*  
*vectigalis, i. e. Emphyteutic. pet. n. 3. Justus Mejer. Colleg. Argent. d.*  
*jur. emphyt. sub. tit. si ager vectig. pet. n. 4.* Res autem in emphytev-  
 sin data modo appellatur fundus emphyteuticarius, *l. 2. §. si au-*  
 3. *tem C. h. t. modo ager vectigalis rubr. ff. h.* quæ vocabula invicem  
 recurrunt & synonymicè usurpantur, optimeque conveniunt  
 in definitione *l. 1. ff. si ager vect. §. 3. J. loc. cond.* quantumvis non  
 4. in derivatione. Nam vectigales appellati sunt à vectigali, i. e. pen-  
 sione seu canone, quia possessoribus solvitur. Emphyteuticarii  
 vero à Græco verbo *Εμφύτεύω*, quod latinis est infero, implan-  
 to, per hoc enim agri magis frugiferi & cultiores interdum red-  
 5. duntur. Etenim ab initio serè non nisi sterilia (sterilitas enim  
 est causa impulsiva, seu finis originarius) & in culta arva ita ex-  
 colenda concedebantur, postmodum & per se fertilia *Osuvald.*  
*Hilliger Donell. enud. lib. 9. cap. 13. lit. D. C.* Exinde tam initium  
 quam progressum emphyteusios contractus respicientes, gene-  
 6. raliter eam hoc modo definimus. *Quod sit contractus consensua-*  
*lis, quo dominus utile dominium rei sue concedit alicui, ut is quotannis*  
*Canonem solvat, in domini recognitionem.* Et hanc definitionem  
 fat commodam puto: quia suo definito non est latior, neque  
 angustior. Rectè dicitur quod sit contractus: quia ex se & sui  
 natura obligationem & actionem producit. Sed qualis? Juris  
 ne Civilis, an Juris Gentium? Dicendum fortè esse juris Civilis:  
 7. quia (1.) Lex Zenoniana propriam naturam huic contractui sta-  
 tuisse dicitur, §. 3. *J. loc. cond.* quam in scriptura consistere non-  
 nulli æstimant, inter quos est *Bocerus ad L. 23. ff. d. R. J. §. 9. p. m.*  
*138.* ante cujus interventum contractum perfectum non esse pu-  
 tantes, propter duos ablativos absolutè positos in *l. 1. C. d. jur.*  
*emphytev.* quorum natura est, ut conditionem inducant. Con-  
 ditio

ditio vero in forma specifica implenda l. 55. ff. d. condit. & demonstrat (2.) propter l. 5. ff. d. J. & J. ubi contractus Juris Gentium enumerantur, emphyteuticus verò omittitur, & per hæc verba: *exceptis iis qua Jure Civili introducta sunt*, ad jus Civile tacite refertur (3.) quoniam quoties Juri Gentium, vel naturali quid detrahitur, vel adjicitur jus civile efficitur, l. 6. ff. d. J. & J. Jam hic detrahitur quid juri Gentium: fatale enim damnum totius rei spectare debet ad dominum directum, particularis interitus ad dominum utilem: quod simplicitati juris Gentium non conveniens videtur. Resp. ad (1.) contractum Emphyteuticum non esse creaturam Zenonis, quia aliis populis, præter Romanos fuit cognitus, uti *Bizantiis*, de quibus *Aristoteles 1. œcon. 1. Longobardis, Egyptiis. vid. cap. Gen. 47. vers. 24. Joseph. 2. antiquit. Judaic. l. 15. §. 1. qui satisd. cog. l. 3. §. 4. d. reb. eor. qui sub. tut. l. 1. C. d. fund. patrim. Hillig. ad Donell. lib. 13. cap. fin.* Et quomodo de hoc contractu dubitatio inter veteres ex orta dici posset, si plane suâ formâ fuisset destituta? Non entis enim nullæ sunt affectiones. Textum Institutionum quod concernit, puto per Zenonianam sanctionem ulteriorem dubitandi ansam saltem sublattam, nec eâ novam contractus specië constitutam, sed antiquam sub emptione & locatione quasi latentem manifestè detectam esse, arg. l. 7. §. 7. vers. *videntur tamen mihi recte quidam dixisse & c. ff. d. A. R. D.* Per naturam itaque hic potius intelligimus naturalia contractus, qualia pactis contrahentium immutari posse indubium est, l. 23. d. R. J. non item substantialia salvo contractu, l. 27. ff. d. R. J. *Hahn. in ff. si ager vectig. petat. p. m. 654. Ludov. ad §. 3. J. Loc. cond. n. 5. Vinn. ibid. n. 7.* Et hoc remoto removebitur & alterum, quod nimirum forma ejus specifica subsistat in scriptura. Nam scripturam desiderat, vel propter contractus, vel ejus pactorum adjectorum faciliorem probationem, quæ aliunde facile non suppetit, testibus mortuis & emphyteusi in longum tempus concessa. Et in hoc confirmor (licet hodie de consuetudine & more forensi secus sit, quibus edocemur ejusmodi concessionem fieri literis desuper factis, *durch einen Erbziins Brieff. Hahn. in ff. si ager vect. pet. p. m. 656. circ. fin.) l. 3. C. d. jur. Emphyteut. quæ tradit, amissione instrumenti non vitiari contractum,*

8.

9.

10.

11.

12.

Sum, quorum verborum occasione ita ratiocinor. Forma dat  
 esse rei, & est quidditatis ratio. Porro positâ formâ tria simul  
 ponuntur; *Esse rei, distinctio, & operatio*. Contrâ negatâ formâ  
 necesse est ut omnia corruant & destruantur. Jam verò amissâ  
 & remotâ scripturâ emphytevsis non tollitur sed durat; ergo se-  
 quitur formam ejus specificam non subsistere in vel per scriptu-  
 ram. Adde *Hill ad Donell. lib. 19. cap. 13. lit. H*. Multo minus mo-  
 13. veor arg. â duobus ablativis petito, quia hoc saltem in aliquibus  
 casibus obtinet, non in omnibus. *Dn. Hahn. cit. loc. p. 656. Vinn.*  
*ad §. 3. J. loc. cond. n. 8.* Ad L. 5. ff. d. J. & J. repono, quod ea sit  
 14. Hermogeniani, qui tot seculis ante Zenonem vixit, ut ipsi quic-  
 quam de facto Zenonis in mentem venisse dici nequeat. *Hahn. l.*  
*p. m. 654. Restat tertium*: quod si ad oculum demonstrare possent  
 contrasentientes necesse esset, ut victas daremus manus; nempe  
 15. detractum quid esse huic contractui Juris Gentium intrinsecus,  
 fortè vel non assistendo, vel restringendo &c. *vid. Dn. Struv. Ex-*  
*ercit. 1. ad lib. 1. ff. th. 58.* quia intrinseca natura salva manere ne-  
 quit essentiâ ejus turbatâ. Quod si vero  $\pi$  detrahente intelligant  
 de naturalibus extrinsecis, mirum sanè, quod non omnes con-  
 tractus juris Civilis dicant, siquidem singuli fere contractus  
 alia habent naturalia ex jure Civili in Rep. Rom. quam quæ  
 extra eam: Imo sæpe variant & mutantur, *Gerhard. Exercit. Inst.*  
*15. quest. 4.* Manet itaque esse contractum Juris Gentium, ex quo  
 & sua substantialia habet *D. Hahn. si ager vect. n. 3. Schotan. part.*  
*3. exam. pag. 493. quest. 3.* Porro ex definitione patescit, quod do-  
 16. minus dominium concedat. Per Dominum hic intelligimus re-  
 vera talem, alienandi potestate gaudentem, vel etiam eum qui  
 pro domino habetur *l. 2. 3. C. d. jur. Emphytevt.* quod quis enim  
 non habet in alium transferre nequit. *l. 20. ff. d. A. R. D. l. 54. ff.*  
*d. R. J.* Propterea concessio emphytevsis jus alienandi præsup-  
 17. ponit, ut effectus causam. *Alienatio in præseni nobis nihil aliud*  
*est, quam actus, per quem jus aliquod transfertur in alium, vel amit-*  
*titur.* Dominus autem vel est Ecclesiasticus, uti Clericus, Præla-  
 tus, nomine Ecclesiæ rem ejus alteri in Emphytevsin concedens.  
*Nov. 7. 120. c. 5.* vel secularis, ut est Princeps, municipium, priva-  
 tus, *l. 21. C. mand.* quia is non minus rerum suarum dominus est  
 ac



ac arbiter, quam universitas. Adeoque enumerati aliis consentientibus concedere possunt dominium, quod in definitione utile appellavimus, cui opponimus *directum*. Et licet textualis non sit hæc divisio, retinenda tamen ob utilitatem, quam præstat & in foro & in scholis vid. *Dn. Hahn. in ff. si ager vectig. pet. n. 1. & tit. d. A. R. D. n. 4. ibi: Dominii species*. Inde interpretes dominium dividunt in plenum, & minus plenum. Illud appellant, quod quis pleno jure acquisivit cum proprietate & utilitate. Minus plenum subdividunt indirectum & utile: quorum illud proprietatem tantum; hoc utilitatem, etiam perpetuam, instar dominii continet. *Cui tamen reclamare videtur l. 5. §. fin. commod.* quod duo domini ejusdem rei in solidum esse nequeant. At hoc verum saltem est de eodem dominii genere, non de diverso, *arg. §. 30. §. d. R. D. & A. ear. dom. vid. Ludov. ad pr. tit. §. quib. alien. lic. vel non n. 1.* Vocabulum rei, cuius utile dominium conceditur, hic generaliter accipimus ut involvamus tam prædium ecclesiasticum, quam seculare. sive illud rusticum seu urbanum, i. e. ædificium sit, *N. 7. §. 3. N. 120. c. 1. §. 3. l. 15. §. 26. ff. d. damn. inf. Donell. cit. l. 9. c. 13. lit. F. jungel. 16. §. fin. d. pignor. act. quæ generaliter loquitur & verbo prædii venire quoque prædium urbanum ex l. 198. d. V. S. constat.* Adde *Justum Mejer. Tom. 1. colleg. Argent. d. jur. Emphyt. sub. tit. si ager vect. pet. n. 29.* Dominus vero cuicumque voluerit potest rem suam in emphyteusin dare, modò altera pars consentiat, & idonea ad persolvendum canonem, nec inter personas prohibitas reperiatur *l. 3. C. d. jur. Emphyt.* Hinc nec pupillum nec minorem excipimus: quia conditionem suam possunt facere meliorem sine consensu tutoris *pr. tit. §. d. aut. tut.* Licet forte an pupillus ante tutoris consensum ad canonis solutionem obstrictus non videatur *l. 13. §. 29. ff. d. act. emt.* Nec mulierem *N. 7. c. 3.* cum ea hic non teneatur ad qualificata officia, ut in Feudis, sed ad canonis præstationem, cui ex solvendo par esse poterit. Ulterius potest Dominus concedere, vel ad longum tempus, vel in perpetuum, *l. 13. ff. si ager vect. pet.* etiam in rebus Ecclesiæ *N. 120. §. licentiam; exceptâ Ecclesiâ majori Constantinopolitanâ. Rittersh. omnio vid. part. 1. Jur. Inst. c. 8. n. 55. 56. 57. cui junte Dn. Perez in C. d. jur. Emphyt. n. 4.*

E Per-



Perpetuitatem in genere quod attinet, refert Dn. Hahn. ad ff. si ager veſt. pet. ex Bachov. quod respiciat vel posteritatis durationem, vel quoscunque ſucceſſores ſingulares & univerſales. Et hanc perpetuitatem eſſe de natura hujus contractus, temporalitatem verò ex accidenti. Sequuntur verba definitionis: *ut is*

23. *ſolvat canonem quotannis.* Canon hic non eſt proportionatus fructibus, nec in eorum compensationem datur, ſed poteſt conſiſtere in nummo uno vel altero. Et hoc cauſa eſt, cur ob ſterilitatem non remittatur *l. i. C. h. t.* Quid? pacta conventa, ſi aliud non ſuadeant, partialem rei interitum ipſe quoque Emphytevta ſibi adſcribere tenetur *d. l. i. vid. Perez. in C. h. n. 12. 13.* Et quantumvis

24 in pecunia minima conſiſtat canon, debet tamen omninò ſolvi, niſi beneficio ſuo privari velit. Nam emphytevta in eccleſiaſtica emphytevſi, ſi intra biennium, vel in emphytevſi ſeculari intra triennium canonem ſolvere ſuperfederit, cadet beneficio ſuo, & ipſo jure expelleretur à Domino, niſi neget, ſe in ſolutione canonis ceſſaſſe *Fachin. lib. i. controverſ. jur. c. 95. cui junge Perez. in C. h. t. n. 18. 19.* Sequuntur ultima definitionis verba: *In domini re-*

25. *cognitionem.* Ne ſcil. oblitteretur interea temporis memoria domini directi. Promiſſa ac conſtituta ſic emphytevſi, naſcitur actio nominata perſonalis, ad præſtandum id, de quo conventum. Et hæc actio appellatur Emphytevticaria, de qua breviter quidem, ſed eleganter *D. Vinn. diſſerit ad §. 3. J. Loc. cond. n. 4.* Ex acquiſita verò emphytevſi naſcitur actio rei vindicatoria utilis, &

27. appellatur actio vectigalis, in rem prætoriam, prætor enim pro domino eum agnoſcit *l. vid. i. ff. ſi ager veſt. pet. perpetua,* quia rei perſecutoria, nec contra Jus Civile, ſed ad exemplum vindicationis datur, *l. 35. ff. de O. & A. competens tam adverſus extraneum quam ipſum dominum, vid. Juſt. Mejer. coll. Argent. cit. loc. n. 3.* Plu-

28. ribus autem modis acquiſita dicitur emphytevſis (1) traditione vel patientia. (2) præſcriptione. (3) ſucceſſione. (4) teſtamento &c. Factam traditionem ſequi ſolet Laudemii oblatio, quæ fit ab emphytevta ipſi domino directo, pro receptione &c. Eſt autem Laudemium quinquageſima pars fundi, vid. Dn. Struv. *Exercit. 10. Jur. F. th. 12. obq. id ita dicitur, quod non integrum ſit poſſeſſionem capere illaudato Domino directo, vid. Perez. in C. de Jur. Emphyt. num. 8.*

Quo-



Quocunque tandem modo sit acquisita emphyteusis, æqualiter 30.  
 omne emolumentum prædii ad ipsum emphyteutam redundat,  
 adeo ut possit etiam ipsam rem emphyteuticam vel vendere, vel  
 donare, vel dotis nomine dare vel oppignorare. Vendere ta- 31.  
 men si velit, adstringitur id denuntiare domino, & oblatam  
 commodam vendendi occasionem indicare, quo, si velit, in em-  
 ptione præferatur alteri, declarata inter duos menses voluntate  
 l.3. C. b. t. Idem obtinet, si partem prædii vendendo velit distra-  
 here l.76. ff. de R. V. nam & eo casu rem totam amittet, si sine præ-  
 via domini directi scientia, alienationem attentet, uti sentit  
 Dn. Schot. in exam. suo part. 3. p. m. 498. à quo tamen inter alios dif-  
 sentit vir summi iudicii & authorit. Andr. Alciat. ad ff. iusfort. & qui-  
 dem ad l.6. de Legat. & fidei com. 1. n.9. p. m. 425. De successione vid. 32.  
 Just. Mejer. cit. loc. n. 30. Perez. in C. b. n. 4. De modis amittendi ordine  
 agitur in coll. arg. cit. loc. n. 64. ad quod Dn. Lectorem remittimus.

## CAPUT IV.

De

## SOCIETATE.

## CONSPECTUS.

- |  |   |
|--|---|
| 1. Homo naturâ est animal socia-<br>bile.  | 8. Consensus, quo solo perficitur<br>contractus societatis, variis mo-<br>dis explicatur. |
| 2. Politici vocabulum quot modis<br>accipiatur.  | 9. Consensus est duplex.  |
| 3. De quanam societate hic agatur.   | 10. Quidnam in definitione per rem<br>intelligamus.                                       |
| 4. Quare dicatur consensualis.   | 11. Rerum inhonestarum nulla so-<br>cietas licita.  |
| 5. Communio, in quam incidimus,<br>non est societas, nisi improprie.   | 12. Societatis species varia.   |
| 6. Societas licet communionem re-<br>spiciat, non tamen exinde à com-<br>munionem ad societatem inferen-<br>dum. | 13. Quenam dicatur generalis toto-<br>rum bonorum.  |
| 7. Unde dignoscatur verus contra-<br>ctus.   | 14. Quenam bonorum tantum.  |
|  | 15. Communio debet iniri animo so-<br>cietatis.   |

E 2

16. Que-

- 16. Quenam circa communicatio- nem lucri & damni notatu di- gna.
- 17. De Rebus & Personis remisive.
- 18. Quomodo dissolvatur.
- 19. Contractus quamvis ab initio sint voluntatis, ex post facto ne- cessitatis, nihilominus poterit presens dissensu unius dissolvi.
- 20. De Actione.
- 21. Qualis sit.

- 22. Ad quid detur.
- 23. Adversus quos.
- 24. Socius aequè tenetur de culpa ac dolo.
- 25. Actio societatis ob dolum mota infamat.
- 26. Lata culpa non semper pari pas- su ambulat cum dolo.
- 27. Factum culposum quid.
- 28. De affinibus remediis.

1. **H**ominem esse *ὄντα πολιτικὸν ζῷον*, Aristot. lib. 1. Polit. c. 2. Tradidit. Politici autem vocabulum trifariam accipitur, &

2. denotat interdum conversationem; quo sensu homo non solum politicum animal est, sed & magis politicum, quam omne gregale animal. (2) nonnunquam indicat cupiditatem vivendi secundum rationem alicujus civitatis. (3) quandoque significat subjecta, quæ communi opera unum commune suscipiunt nego- tum *Michael Piccartus in cit. Arist. loc. p. m. 44. 45.* Posterio- rem significationem, quam quoque idem *Arist. refert lib. 1. histor. ani- mal cap. 1.* impræsentiarum accommodam esse ex ipsa definitio- nis explicatione colligere est. Sunt verò varia societatis genera, à *Dr. Hahn. in ff. h. t. n. 2.* enumerata, ex quibus nunc solum eam

3. quæ est privata singulorum seu rerum communicativa respici- mus, & hoc modo definimus: *Quod sit contractus consensu initus de rebus questus causa communicandis.* Dixi 1. *Quod sit contractus consensuatis*: quia solo consensu expresso si initium sui spectes

4. constituitur, atque sic actu primo perficitur, super re conferen- da, quæ dum revera præsto non est, quasi tamen sistitur per con- sensum, ex quo vim illius obligativam interim intuemur, *Franck. in ff. h. t. n. 4. finge l. 2. ff. d. O. & A.* Inde etiam voluntarium consorti- um vocatur, *l. 52. §. 8. ff. h. t. Hahn. in ff. h. t. n. 4.* Omnis itaq; com- munitio citra consensum, seu non tractatu habito, uti loquitur

5. *Ulpian in l. 32. ff. pro soc.* obveniens hic excluditur, quia societa- tem inducit nullam, nisi impropriam, quemadmodum socii vo- cabu-



cabulo abutitur Imperator in §. 3. J. d. obl. quæ qf. ex contr. nasc. ut & in l. 25. §. 16. circ. fin. Fateor equidem quamcumq; societatem habere annexam communionem : sed hoc non est convertibile. Porro : Societas est verus contractus, Communio non est proprius contractus, quia consensu destituitur propter expressa cit. l. 25. §. 16. verba, quæ hæc sunt: Hos conjunxit ad societatem non consensus, sed res. Nam ubi nullus consensus, ibi nulla conventio : ubi nulla conventio, ibi nullus contractus : Hæc ut eo melius intelligantur, talem erigimus quasi mercurialem statuum. (1) Quoties adest conventio & causa, toties est verus contractus l. 1. §. 3. l. 7. §. 2. ff. de Pact. (2) Quando adest causa sine conventionione, est quasi contractus : Ubi vero conventio sine causa, ibi est pactum nudum. vid. Jul. Pacium in analy. J. ad tit. d. obl. quæ qf. ex contr. nasc. p. m. 412. Sed instabis propugnando societatem in quam devenimus rei intuitu esse proprie sic dictam societatem propter l. 4. ff. pro soc. v. r. 5. societatem coire & re, & verbis, & per nuncium posse nos, dubium non est, R. Societatem solo celebrari consensu, l. 19. ff. pro soc. hunc tamen variis modis declarari. Consensus verò est duplex; alius expressus, tacitus alius. Ille declaratur vel coram, & tunc fit verbis: vel inter absentes, & tunc explicatur vel per nuncium; qui epistola loquens ab Episteto nuncupatur, vel per epistolam; quæ ab eodem nuncius tacitus dicitur. Hic vero quando duo rebus in commune collatis simul negotiantur, horum enim actibus qui extra legem approbantem & societatis schema fieri nequeunt, voluntas sat ubertimque patescit; nisi aliud ipsos cogitasse, appareat l. 31. D. h. r. Et ita intelligendus est Modestianus in cit. l. 4. Dn. Franzk. in ff. h. r. n. 4. Mozz. d. contract. tract. d. societ. col. 1. p. m. 436. n. 2. Ritters ad l. 25. d. R. J. cap. 13. Hahn. in ff. h. r. 4. (2) Dixi quod sit contractus de rebus. Nomine rei hic veniunt factum, opera, industria, ars, & omnes res honestæ: rerum enim in honestarum & turpium nulla societas l. 57. ff. h. r. Imo delictorum communio turpis atque fœda dicitur, l. 53. pro soc. nec refert utrum sint universales, vel particulares, vel speciales. vid. l. 5. ff. h. r. Variè enim dividunt societatem interpretes, uti videre est apud Dn. Ludov. & Vinn. ad pr. J. d. societ. n. 1. Dn. Franzk. in ff. pro soc. n. 6. Nos totum negotium brevibus comple-

7.

8.

9.

10.

11.

E 3

Amur



13. Stimur, & dicimus, quod societas alia sit generalis, specialis a-  
lia: Generalis porro quod sit vel totorum seu universorum bo-  
norum, vel bonorum tantum. Generalem totorum bonorum  
appellamus, quæ sub expressa mentione bonorum universorum  
14. contrahitur. *l. 3. §. 1. ff. h. t.* Societatem bonorum tantum dicimus,  
quæ sine facta bonorum mentione inicitur *vid. l. 7. ff. h. t.* In illa com-  
municantur omnia bona, etiam futura ex omni causa, tam lu-  
cratica, quam onerosa, *l. 73. §. 1. ff. h. t.* In hac vero saltem ea quæ  
ex quæstu & negotiatione obveniunt, *d. l. 7.* Quoties itaque non  
fuit facta expressa bonorum mentio, resque dubia est, non illa,  
sed hæc inita intelligetur. Nam expressa nocent, non expressa  
non nocent, uti egregiè differit *And. Alciat. in ff. Infort. ad l. 6. d.*  
*legat. & fid. l. n. 15. 18. p. m. 388. 393.* Aliam differentiam adhuc addit  
*Dn. Ludov. cit. l. n. 2.* quod nimirum in societate omnium bono-  
rum, dominium rerum omnium fidei brevis manus ad soci-  
um transeat: cum quo confer *Dn. Franzk. in ff. h. t. n. 41. 42. 43.*  
qui ab illo reapse dissentire non videtur. *Vinn. ad §. 1. Inst. h. t. n. 2.*  
4. 5. (3) Continet definitio hæc verba: *De rebus quæstus causam*  
15. *communicandis.* Communio enim sola, utcunque voluntaria,  
negotium non exhaurit, nisi accedat insuper lucri inde percepti  
communicatio *l. 31. ff. pro soc. v. g. duorum materiae, dominorum*  
voluntate confusæ sunt, & propterea communes §. 27. *J. d. R. D.*  
*& A. ear. dom.* minime tamen jure societatis. De damno in de-  
finitione de industria abstinui, quia accidit præter intentionem  
& votum eorum qui contrahunt, lucro tantum inhiantes. Inte-  
rim cum damnum æque ac lucrum communicandum sit, non-  
nulla quoque de eo differere volui. In expediendo autem ejus  
16. nodo necesse est ut ad duo respiciamus, partes nimirum in com-  
mune collatas, utrum sc. sint æquales, & ad partium conventio-  
nes ac placita. 1. si partes sint æquales, & nihil de lucri damne  
partibus expressum, tunc æquabiliter participabunt socii de  
damno & lucro *l. 29. pr. h. l. 3. C. eod. E. g. Titius contulit 100. & Mæ-  
vius 100. ad utrumque profectio spectabit semisis lucri & damni.*  
Si vero partes sint inæquales idem judicandum in trepidè sta-  
tuo, modò æqualitatem secundum proportionem Arithmeti-  
cam dimetiariis. Denn in den Gesellschaften muß seyn so wohl des  
Verlustes/ als des Gewins Gleichheit nach Befindung der Anlage/  
oder



oder eingelegten Guts. *Dn. Hahn. ad Wes. h. t. n. 6.* (2) Si nominatim caverint contrahentes & res sint æquales, & certi quid definierint, tunc conventioni de inæqualitate quæstus damnive standum, modo non sit absoluta, seu leonina, *l. 29. §. 2. ff. h. t.* Sed limitata uniformis. Limitatam quippe difforem, non aliter subsistere contra *Bachev.* statuit *Dn. Franzk. in ff. h. n. 72.* nisi ab alterutro quid operæ, aut artis sit additum. (3) Si res collatæ sint inæquales, & placitum partium intercesserit, ut diversa sit ratio lucri atque damni, tunc itidem dispiciendum docet *Franzk. cit. loc. n. 77.* num inæqualitas ob id inita sit, quod alter plus mercis aut pecuniæ attulerit, vel quod plus consulverit societati arte aut opera, ita ut posteriori demum casu subsistat, priori non item. *Contrarius Dn. Franzk. est Dn. Vinn. ad §. 1. J. h. t. n. 3.* cui tamen responderi poterit ex *Franzk. cit. loc. n. 71. confer Hahn. in ff. eod. t. n. 6.* Sed si Titius operam tantum collocans acceperit à me 1000. & sexcenta ipsi fuerint erepta, ad quem spectabit damnum? & damnum sortis ad me spectare, damnum usus ad utrumque *Franzk. h. n. 90. Gail. 2. obs. 24. Fachin. 2. controvers. jur. 94. 95. vid. tamen Vinn. ad §. 2. J. h. t. n. 3. ubi distinguit p. m. 679. a. Perez. in C. pro soc. n. 9. Just. Mejer. coll. Argent. Tom. 1. h. t. th. 25. p. 987. Personas* 17. quod attinet sciendum, quod omnes possint esse socii, qui se aliis & alios sibi obligare valent, *Schotan in Exam. par. 3. p. m. 438. quest. 1. de quibus vid. Mozz. d. contract. tract. d. societ. p. 452. & seqq. ut & de rebus p. 461. Junge Perez. in C. h. n. 3. ubi de societate sub conditione tractat. Et ita constituitur societas. Dissolvitur verò morte, etiam unius, nisi aliter in coeunda societate convenierint, l. 65. §. 9. ff. h. Dissensu mutuo l. 75. ff. d. R. J. l. 5. C. h. & cæteris* 18. casibus relatis à *Dn. Schotano cit. loc. p. 640. quest. 4. Franzk. in ff. h. n. 118. 119. 120. Tempestiva renunciatione §. 4. J. h. t. Hoc addo quod & dissensu alterutrius solvatur, §. 4. J. h. t. non obstante l. 5. C. d. O. & A. quia saltem loquitur de negotiis quæ uno actu absol-* 19. vuntur, non quæ temporis tractum habent continuum ut societas *Ludw. ad cit. §. 4. n. 2. Perez. cit. loc. n. 13. 14.* Et ex hoc contractu datur deinde actio inter socios, quæ appellatur *pro socio, personalis §. 17. J. de Act. utrinq; directa* quia par utriusque socii ratio *Perez in C. pro soc. n. 10. vid. coll. Arg. h. t. th. 27. ad præstandum* 20. id quod alterum alteri ex natura contractus vel ex pacto præstare oportet 21. 22.



- re oportet, ex dolo in solidum l. 22. §. 1. ff. de re judic. Alias in quantum facere potest gaudens beneficio competentiae §. 30. J. de act. coll. Arg. h. th. 25. famosa propter dolum, §. 2. J. de pen. tem. lit.
23. *bonafidei* §. 28. J. de act. Experitur quoque socius hac actione adversus ipsos heredes vid. *Arnold. ab. Haersolt. pact. 3. act. 31. Peretz. in C. cit. loc. n. 17. adde omnino Dn. Franz. in ff. h. t. n. 94. 95. Ulte-*
24. *rius; non saltem tenetur de dolo socius, sed & de culpa, eaque levi. l. 5. §. 2. ff. commod. Non refragatur l. 21. C. mand. & §. fin. J. h. t. ad quam respondet Dn. Ludw. ibid. Perez. cit. loc. n. 10. 11. Bocer. in l. 23. de R. J. posit. 13. p. 172. Legem 32. ff. de pos. quod concernit Puto eam feliciter explicatam esse à Dn. Franzk. de pos. n. 83. & seqq. distinguente inter abstractivam culpam & concretivam. Dixi*
25. *quod actio pro socio ob dolum intentata infamet. Quid autem si ob culpam latam? nonne & tunc infamiam habebit comitem?*
26. *R. quod non quia lata culpa saltem æquiparatur dolo in causis pecuniariis; non verò quando de pœna corporis afflictiva & infamia irroganda agitur per l. 7. D. ad Cornel. de Sicar. neque infamis contra l. 1. D. de his qui not. infam. extedanda est. Rittersh. cap. 5. pro-*
27. *theor. ad L. 23. de R. J. p. 30. nisi factum sit culposum, ab ipsa lege notatum uti sentit Dn. Hahr. cum Wesemb. in ff. de his qui not. infam.*
28. *n. 3. Cum hac actione pro socio concurrunt & aliæ ut actio commun. dividundo, actio furti ejusque conditio, actio ex vendito, præscriptis verbis vid. Inst. Meier. coll. Arg. h. t. th. 28. Rittersh. ad L. 23. de R. J. cap. 13. p. m. 189. 190.*

CAPUT V.

De

MANDATO.

CONSPECTUS.

- |   |   |
|---|---|
| 1. Homo hominis naturale q. instrumentum.     | 5. Actiones originem & formam ex jure Gentium habent. |
| 2. Charitas incipit à seipsa.                 | 6. Ambiguitas verbi mandare adducitur.                |
| 3. Jus Gentium naturale Jus auxit.            | 7. Tò mandare unde videatur dictum.                   |
| 4. Contractus mutui jure Gentium introductus. | 8. Mandati definitio.                                 |
|   | 9. Mas.   |



- 9. Mandati vocabulum per se indicat contractum.
- 10. Consensus debet esse verus, & certis modis declaratus.
- 11. Mandatum non est conjunctum cum Imperio.
- 12. Negotium debet esse licitum & c.
- 13. Quid de mandato rei turpis tenendum.
- 14. De casu, quo quis vulnerari mandat, & Mandatarius plane occidit.
- 15. Mandatum debet esse gratuitum.
- 16. De quota litis.
- 17. De personis & rebus.
- 18. Mandatarius susceptum negotium vel debet expedire, vel in tempore declinare.
- 19. Quomodo Mandatum ratione finis dividatur.
- 20. Consilium nisi fraudulentum non obligat.
- 21. Actionum ex hoc contractu descendendum alia directa est, contraria alia.
- 22. Actio directa cui, adversus quem & ad quid detur.
- 23. De Interesse.
- 24. Mandatarius tenetur de culpa levisima.
- 25. Adversaria remouentur.
- 26. Contraria mandati actio, cui, adversus quem, & ad quid detur.
- 27. De Affinibus remediis remissive.

**E** Gregie Hugo Grotius lib. 3. de J.B. & P. cap. 6. n. 9. ex contemplatione moralium præceptorum hoc modo concludit: 1.  
 Naturaliter homo hominis alterius volens volentis instrumentum est. Charitas quidem incipit à se ipsa, & naturale vinculum magis & fortius ad proprii commodi studium allicit atque instigat, non tamen interim benivolentiam & humanitatis officia proximo necessaria dissuadet. Et ad hoc alludit Seneca, dum dicit: dabo egenti, sed ut ipse non egeam: succurram perituro, d. ut ipse non pereram. Jus naturale imperante ratione, quid ita exegit, 3.  
 confirmavit postmodum & non nihil anxio usu & necessitate exigente introductum Jus Gentium, (quod secundarum vocant & §. 2. J. de J.N. G. C. definitur Gratioq; viro sui nominis voluntarium de J.B.P.l.1.c.2.n.4. dicitur.) remedium superinducens, quo arctius adstringerentur homines ad præstandum id, in quod semel consenserant. Remedium hoc deinde proprio decorârunt 4.  
 nomine, & ex contractu descendens mandati actionem appellarunt,  
 F



runt, eademq; frænum fœdi fragis injecerunt, & sic malitiam eor-  
 um compescere masculè studuerunt. Etenim formam actionum  
 essentialem Juri Gentium adscribere non ambigo, quantumvis  
 5. formam accidentalem ex jure civili habeant. *Vid. Dn. Bach. disp. 1. de act. ch. 12. 13. & 33. Hahn. in ff. de O. & A. n. 14.* subscripsit juri gent. jus Civile, & per receptionem qf. suum contractum fecit, à me jam explicandum. Per rō mandare verò in hac materia non intelligimus Mandata Principum, neq; Jdictionem mandatam nec com-  
 6. missionem, quemadmodum tentant, qui Mandare per rō comit-  
 tere explicant, eosq; qui mandata suscipiunt Commissarios ap-  
 pellant, sed potius rogationem aliquam de expediendo negotio  
 7. factam. *Hahn. in ff. mandati, n. 2.* Cæterum in verbi incunabula in-  
 quirere si cuiquam placeat, offendet, mandare, prout hîc sumitur à more dandæ manus natum esse, *Isidor. 5. Etymolog. 24. v. manda-  
 tum,* quod in committendis negotiis alter alteri manus daret, *Petrus Faber ad l. 60. de R. J. & apud omnes ferè gentes manus fidei  
 symbolum sit. Unde apud Virgilium fallere dextras, i. e. fidem. Terent.  
 Andr. act. 1. sc. 5 per dextram, per fidem & c. Et hanc mihi in manum dat  
 i. e. fidei mea committit. Osw. Hillig. Don. Enucl. l. 13. c. X. lit. B. p. m. 1084.*  
 8. Definimus autem eum cum Dn. *Franz. in ff. h. t. n. 9. Quod sit con-  
 tractus consensu initus quo roganti fides datur de negotio alieno illius  
 nomine gratis expediendo.* At dixeris Mandatum non esse con-  
 tractum, quod tantum denotet solius mandantis factum, per sc.  
 obligationem non pariens, uti vult *Donellus lib. 13. Comment.  
 cap. X. pr. & ex Hilligero ad x. lit. A. ad Donell. cit. loco.* Mandatum  
 non solum subsistere in persona mandantis, sed mandatarii  
 quod l. ex eo apparet, quoties, mandatum dicitur gratuitum:  
 9. nam gratuito non mandatur, d. suscipitur, ad quod profecto al-  
 terum relatum enixè desideratur. *Esse enim relatorum in eo con-  
 sistit, ut certo modo ad aliud referatur.* Erit itaque mandatum con-  
 tractus suo modo absolutus, quod per consensum fieri ex defi-  
 nitione patet. Debet autem consensus esse verus, non fictus, &  
 10. declaratus l. *Explicite*, verbis, literis, l. *implicitè* seu tacitè & vir-  
 tualiter. *Dn. Habnius in ff. h. t. n. 1. circ. f.* Et hoc contractu datur  
 11. fides roganti, *Dico roganti*: quia Mandare non sapit imperium  
 d. pre-

d. precarium §. f. *Inst. d. sing. reb. per fidei comm. relictis*, & sic à <sup>70</sup> jubere distinguitur. Nam jussus propriè & strictè sumtus, est consensus actum præcedens, & cum Imperio quodam conjunctus. Mandatum vero nullam necessitatem & coactionem in se habet, ut liceat illud non suscipere, §. 9. *Inst. d. mand. Vide Moz. de mandat. col. 3. n. 7. p. m. 585. 586. Hilliger. cit. loco C.* Fides enim datur roganti de negotio aliquo: modò negotium sit licitum, honestum, futurum. Rei enim turpis nullum mandatum est, nec 12. mandati actio, l. 22. §. 6. ff. h. l. l. 6. §. 3. ff. h. §. 7. J. h. adeo ut ne per juramentum confirmetur, *cap. non est obligatorium de R. J. in 6.* Sed quid si mandatum homicidii crimen, l. aliud id genus, impletum sit? eum ut homicidam plectendum arbitror, l. 15. §. 1. ff. ad L. 13. *Corn. de sicariis, l. 5. C. de Accusat. Franzk. in ff. h. n. 18. Dn. Hahn.* tamen putat extra ordinem puniendum esse mandatarium, si parendi quædam necessitas sub fuerit à parte ejus qui implet, in ff. h. n. 5. *Confer Ludov. ad §. 7. Inst. h. t. n. 1. Vinnium ad eundem n. 2. 3. Trentl. Vol. 1. D. 27. th. 3.* ego tamen mihi persuasum habeo, hanc sententiam duriusculam esse cum in delictis mandatum domini non excuset servum homicidam quò minus homicidii pœnâ teneatur arg. l. 5. C. de accusat. nec si judex aut patet injustum quid mandet, mandatarii propter eum excusantur. V. Dn. Carpzov. pr. Cr. p. 1. C. 4. n. 7. c. 8. Interim si Titius mandaverit vul- 14. nerari, mandatarius vero occiderit, tum ordinariæ pœnæ mandantem subjiciendum non esse existimo. Nec reclamatur l. 6. C. ad L. Jul. de vi publica, ex qua colligant Dd. quod dans operam rei illicitæ de omni eo teneatur, quod præter ejus intentionem sequitur. Hoc quippe tam demum obtinet si eventus ex opere illicite o per se, immediatè & necessario pallulet, non si per accidens. *Fachin. lib. 1. controvers. Juris, capite 36. Junge B. Schotanus parte 3. examinis p. m. 453. quest. 2.* cum vero juxta l. 15. D. ad L. Cornell. de sican. nihil intersit, occidat, quia an causam mortis præbeat, potissimum cum ad mensuram vulnera non infligantur, cum Dn. Carpzovio d. l. à n. 21. contrarium ut defendam, tutius erit. Negotium vero debet expediri alieno nomine, quem mandatorem, Mandantem, Dominum negotiorum ap-

pellamus, sicuti alterum Mandatarium, Procuratorem, interdum etiam solariarium nuncupamus. *Rittersh. ad l. 23. d. R. J. cap. 5. pag. 74. 75.* Ultimo debet *gratis geri*: quia originem ex officio atque amicitia traxit: contrarium ergo est officio merces. §. 4. *l. ff. Mandati.* Et hoc modo commodè contradistinguitur locationi, quæ mercedem desiderat, exque ea consensu definita dijudicatur, *modo subsit factum locari solitum, Dn. Hahn. h. t. n. 3. circ. f. Franzk. ibid. n. 27.* Itaque omne non gratuitum ab hoc contractu removeamus, non tamen honorarium seu salarium, de quo cum præ cæteris sat perspicuè tractet *Dn. Rittersh. ad l. 23. de R. J. cap. 5. p. 78. 79.* & post eum *D. Franzk. ex Saliceto h. l. à n. 27. usq. ad n. 41.* eorum scrinia compilare nolo. A Salarium verò separandum est omninò pactum

15. *de quora litis, quod Quint. l. 12. c. 7. pactionem piraticam causidicorū appellat.* Potest verò mandare quilibet, qui contrahere potest, etiã mulier, modò ne causam alienam tractet, *filius familias, l. 3. ff. d. Obl. &*

17. *Act.* quemadmodum mandari potest omnibus, qui obligari possunt. De quibus vide *Mozz. de mandato, p. 575. 582.* Iterum cuilibet integrum mandatum suscipere, l. non, susceptum verò explere vel tempestivè renunciare tenetur, re adhuc integrâ §. 7. *Inst. 5. nisi justa causa, quo minus mandatum exequi possit, eum absolvat, vide Collegium Argentoratense vel 1. h. t. th. 22. §. 9. f. h. t.* Contrahitur enim mandatum vel (1.) solius mandantis causa, vel (2.) mandantis & mandatarii, vel (3.) aliena tantum, seu tertii, vel (4.) mandatarii & aliena, vel (5.) trium personarum gratia. De quinque prioribus tractatur quoque in Institutionibus, de 6. casu vide *l. 8. §. 3. 4. ff. h. t.* Tertio vero casui gravissimè obstat §. 18. *Inst. de inutilibus stipulationibus, l. 38. §. 17. de v. Obl. l. 3. & 9. ff. de O. & A. l. 73. §. fin. de R. J.* ex quibus textibus deribetur *quod obligationes ad hoc inventæ sint, ut unusquisq. acquirat sibi, quod sua inter est præpriis l. 6. §. 4. 5. & l. 8. §. 6. ff. h. t.* Resp. dispiciendum utrum meâ plane non interfit, & tunc mandati actio nulla erit. Sicuti autem *ab initio quidem statim interesse meum non volvatur, ex post facto tamen sese prodat actio, denegari non movetur. Hahn. in ff. h. t. n. 7. Franzk. ibid. n. 53.* Quintum casum quod concernit, constat illud mandatum subsistere, per *l. 2. §. 5. & l. 6.*

§ l. 6. § 5. ff. b. t. Quoties autem solius mandatari gratia mandatum  
 intervenit, tunc obligatorium non videtur, quoniam consilium po-  
 tius est, quam mandatum, l. 2. §. 6. ff. b. t. § 4. f. b. Consilii vero non  
 fraudulenti nulla obligatio, l. 47. ff. de R. J. potest imò debet apud se 20.  
 explorare an expediat nec ne. Egregie huc faciunt *Chrysofomi ver-  
 ba ab Habnio in ff. b. n. 7. ex Grot. flor. spars. citata. Qui dat Consilium,  
 dicit quod sibi videtur, nec ullum imponit audienti necessitatem, sed ipsi  
 relinquit eligendi Jus liberum.* Mandatum quomodo dissolvatur or-  
 dinè videri potest in *Collegio Argentoratensi, b. t. th. 19.* Deinde ex hoc  
 contractu nascitur actiò civilis, quæ mandati actio dicitur, estque  
 duplex, directa & contraria. *Directa actio datur* mandatori, ejus hæ- 21.  
 redibus & cohæredibus aduersus mandatarium ejusve hæredem ad 22.  
 id quod mandatoris interest. Interesse vero variis ex causis persequi  
 potest, si sc. conqueratur mandatorium susceptum negotium dolo 23.  
 se administrasse, vel promissum officium deservisse, mandati fines  
 fuisse transgressum, vel culpâ levi, imò etiam levisima quid com-  
 misse. *Vid. Colleg. Argentorat. cit. loc. th. 23. 25. 25 & 29.* Et levisimam  
 culpam quod præstare teneatur Mandatarius ex l. 13. C. mandati col- 24.  
 ligio. 1. quia in illa diserte traditur, Procuratorem teneri de omni  
 culpa. Omne enim qui dicit, is nihil excludit. 2. quia saltem procu-  
 rator ab improvise casu eximitur. E. non erit à levisima culpa li-  
 beratus: *unius enim exclusio est ceterorum inclusio.* Interim *objici possent*  
 l. 8. §. 10. ff. mandati, ubi dicitur quod neglecta sit emtio dolo & lata  
 culpa, ex quibus inferendum, cum saltem teneri de diligentia, qualè  
 homines comuniter suis rebus adhibere solent. Resp. Unius positio  
 non est alterius negatio. Deinde ex cit. §. 10. ut § l. 4. C. mandati, § l. 23.  
 ff. de R. J. possent evidenter demonstrari Mandatorem non teneri ultra  
 levè culpam quia in iis legibus culpæ vocabulū sine elegio effertur.  
 Est enim comunis & recepta Jctorum sententia, quod *quoties culpæ  
 vocabulū solitarie sine epitheto in legibus occurrat, toties indicetur culpa  
 levis.* Resp. generale & regulare hoc esse, idq; ut plurimū obtinere i- 25.  
 mo in omnibus iis, quibus substrata materia nō refragatur imò. *Ex-  
 ceptio format regulam in casibus non exceptis.* Tertio obstare videtur  
 l. famosissima §. 2. ff. commodati quæ tanquam norma sive cynosura  
 est totius hujus materiæ, ex qua Jcti talem formant regulam. Quod

in con-

*in contractibus, qui unius saltem gratia ineuntur, dolus & lata culpa tantum  
prestari debeat.* Jam mandati autem contractus suscipitur  
communiter satius mandantis gratia. E. Resp. nec hanc regulam sem-  
per esse firmam, exemplo sit negotiorum gestio, de qua *vid. §. 1. Inst. de  
obl. que qd. ex contr. nasc.* Concludo itaque mandatarium teneri  
quoque de levisima propter tacitam assertionem industriae. *Gailius  
lib. 1. obs. 45. n. 5. & Dn. Hahn ad Wes. π. b. t. n. 10.* Contraria Man-  
dati actio datur mandatario ejus heredi adversus mandantem &  
ejusdem fidejussores ad refundendos sumtus exequendi mandati  
causa factos, uno verbo: *ut indemnis ab eo servetur*, vide de hac  
prolixè *Colleg. Argentorat. cit. loco th. 33. 34. 36. 38. 39. Arnold. ab  
Haersolt. parte 3. Act. 30.* Ultraque est civilis bonæ fidei, *l. 5. pr. ff.  
de O. & A.* Nam sub directis actionibus etiam continentur con-  
trariae, *Ludw. ad §. 28. Inst. de Act. n. 9.* Differunt vero in hoc ma-  
xime, quod actio directa infamet contraria non, *§. 2. Inst. de  
pena temere litigantium. Colleg. Argentorat. c. loc. th. 41.*

27

Quod etiam videri potest *de Affinibus re-  
mediis th. 42. Rittersb. in l. 23.*

*c. 5. p. 87.*

TANTUM.


Soli Deo Gloria.



604

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is faint and difficult to decipher but appears to be in a historical script.







ULB Halle 3  
002 618 818




Sb

100

VD17





I. N. 7. 1663 5813  
DISSERTATIO JURIDICA, 406  
De  
**CONTRACTI-**  
**BUS CONSENSUA-**  
**LIBUS,**

*Quam*  
*Consensu Magnifici Actorum ordinis,*

PRÆSIDE

**RECTORE MAGNIFICO,**

VIRO

*Nobilissimo, Consultissimo ac Excellentissimo,*

**DN. CHRISTIANO Bengelst/**

*Jcto Amplissimo, Antecessore celeberrimo, Curia Electoralis  
Consistorii Ecclesiastici, Scabinatus & Facultatis Juridicae  
Assessore gravissimo &c.*

*DN. Praeceptore ac Promotore suo omni observan-*  
*tia devenerando.*

defendet

**JOHANN: RUDOLPH Kephun/**

AUTOR

*Die 4. Julii.*

WITTEBERGÆ,

Literis MATTHÆI HENCKELII,

ANNO M.DC. LXIII.

VII.  
311

B.I.G.

Black  
3/Color  
White  
Magenta  
Red  
Yellow  
Green  
Cyan  
Blue

Farbkarte #13

Inches  
Centimetres  
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20